

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0028

LOG Titel: Cap. I. - Cap. LX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

De Executionibus, Tractatus §. 9. 609

C A P . C X X V I I .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M .

1 Iurare etiam debent Iudai.

1 Etagesimosexto iurare † debent etiam Hebrei, quomodo autem, vltra ea quae supra diximus, tradit Bart. in l. 3. §. deferre. ff. de iureiuran. & in rubric. ff. de iustitia & iure. & in l. spadonem. §. iam autem, per illum text. ff. de excus. tuto. & Bald. & Ang. in l non erit, §. Diuus ff. de iureiuran. & tradit Specul. in titul. de iuramen. calum. §. restat. versic. sed pone. Iudeus, & Innoc. & Imola in c. & si Christus, extra de iureiuran. & Anto. à Butrio in proœm. decretal. & Pau. Castren. in consil. 98. visa quadam scriptura, & optime Ludo. Rom. in consil. 155. præmissum laudum. & Ias. in authen. sacramenta puberum, num. 66. C. si aduers. vendit.

§. IX.

C A P . I .

A R G U M E N T U M .

Variæ periurii poenæ.

S U M M A R I A :

- 1 Iuramentum magis ligat quam qualibet poena pecunaria, & de periuri poenis.
- 2 Poena periuri, qua sit.
- 3 Poena periuri est etiam terra sterilitas.
- 4 Poena periuri est captura principum & ciuitatum eversio & desolatio.
- 5 Poena periuri mors.
- 6 Poena periuri, vt raptum restituat.
- 7 Periuri magna prodiga.
- 8 Poena periuri. vt quadraginta dies in pane & aqua & septem sequentes annos pœnitentia, & in testimonium non recipiatur periurus.
- 9 Poena periuri vt periurantes capite plecterentur a quid Aegyptios.
- 10 Poena periuri vius amissio.
- 11 Iuramenti effectus maximus.
- 12 Principum hodiernorum iusurandi seruandi mos.
- 13 Periuri Dii indignantur, & poenas imponunt.
- 14 Princeps qui periuri causa a suis necatur.
- 15 Iusurandum apponere non possunt notarij, neq; iudices, etiam quod auctoritatem & facultatem habent extendendi instrumenta, vt voluerint sine consensu partis.
- 16 Poena peierantium est etiam infamia, & quando eam incurvant ipso iure, & quando requiratur sententia.
- 17 Poena iurantis in re pecuniaria per genium principis, est fustigatio.
- 18 Periuria a principe laico, an puniri possint.
- 19 Periuria quare grauissima poena corporali non puniuntur.
- 20 Poena priuationis ab ordine punitur periurus de iure canonico de simpli periurio, & clericus beneficio priuandus est.

21 Periurium vtroque iure tam ciuili quam canonico poena infamia punitur.

22 Periurii poena duodecim recitantur.

Q uoniam iusurandi vinculum magis afficit quam quævis alia poena † pecunaria, cum in altero de pecuniæ damno, in altero vero de animæ salute, quæ rebus omnibus præferenda est. l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. & l. si in duobus. ff. de regul. iur. in princ. tractetur: merito † nonnulla de poenæ iuramentorum referenda sunt: & in primis sciendum est, deierationem Dei iram continere. Legitur nahque Iosua 9. Iurauimus eis in nomine Dei Israel & ideo Deos attingere, ne contra nos Dei ira conciteretur: si peierauerimus, dubium non est. Accedat etiæ, quatenus pertinet ad poenæ temporales, & quæ in vita irrogantur, q; pppter periurium superuenit sterilitas † terra, seu famæ tempore David, quæ tres annos populum afflxit. Idem quoque accidit ob periurium Saulis. Accedat etiam quod Rex Se-dechias † captus est Hierosolyma depopulata ob id 4 quod Rex ipsa iuramentum fidelitatis Nabuchodonosor non seruavit, vt habeatur in 4. Regum ultimo, & legitur l. Reg. ca. 2. quod Salomon Rex propter iuramentum non seruatum Persimi ei de non receden-do ab eo, & alibi accedendo, eum occidi iussit, † & occisus fuit. & Leuit. 1. c. 5. in f. leguntur huiusmodi verba. Aut si rem perditam inuenit, & eam negaverit, iuraueritque, falso superquatiam rem ex omnibus his, quæ facere solet homo, in qua hic pœccare. Si itaq; peccauerit & deliquerit, restituat † raputum q; rapuit, aut quod per calumniam extotis, aut depositum quod illi fuit commissum, aut rem perditam, quam inuenit: Quin totum illud, super quo peierauerit, reddet sorte addita ei quinta eius parte: reddit inquæ ei, cuius est in die quo expirat delictum sum: sacrificium vero pro delicto suo tri-buat Domino. Mos. n. iurandi antiquorum legitur Genes. cap. 24. hunc in modum. Pone quæso manū tuam subtus femur meum, iuramentumque te per Deum cœli & terræ adigam, ne accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaam, inter quos ego habito, Apud Vestinos, Picentes, Marlos, Pelignos, Marrucinos, Samnites & Laianos, cum adhuc non defecissent & Cai. lex. Prætorem Roma † legatum à se missum apud Asculum, omnesque ciues occi-dissent contra fœdus & iusurandum, pacis conti-nuo atrocissimæ perniciem infamissima præcessere prodia. Omnia nanque animalia, quæ in suis stabu-lis contineti consueverunt, eis relictis, pascuisque cum vlulatu, hinnitu, mugituque miserabili ad sil-vas montesque fugerunt. Canes quoque lachry-mosis ac mœstis vlulatibus luporum ritu oberrârunt, vt inquit Orosius lib. 5. c. 18. Vnde Aristoles Alexandro dixit: si quereres, quæ fuit causa destruc-tionis regni Barbarorum & Scytharum: respon-dere, qui Reges eorum iuramentis utrebantur ad fraudem & deceptionem hominum, fœdera-frangentes. Itrogatur & alia poena † periuris de iure canonico, de qua habetur in c. quicunq; sciens peierauerit. 6. q. 1. quæ huiusmodi est: Quadraginta nanq; dies in pane & aqua, & septem sequentes annos eos pœnitente debere: ac etiam vt nunquam in te-stes recipiantur vt habetur in c. si quis periurauerit. 22. quæstio. 5. Aegyptii † autem capite periuros mul-ctabant, tanquam hi, qui dupli scelere teneren-tur, vt qui & pietatem erga Deos violasseint, & fi-dem

dem inter homines tollerent: quæ quidem maximum est societatis humanæ vinculum, ut inquit Diodotus Siculus lib. 12. rerum antiquarum, cap. 3. & attestatur idem lib. 2. bibliotheca, in fin. quod Palliori templum Siculi tanta veneratione prosequebantur, ut sanctissima per illud, summæq; obstricta religioni iuramenta depromerent: Indeq; fides & integritas dictorum explorabatur. Periuros namque illico Deus repentina corripiebat supplicio: nam nonnulli ob periuriū luminibus exccati e templo discedebant, & iudicio corporum, si accusatus criminali causa renunciabatur degradabatur: §. criminis, disti. 75. Quam enim sancte & quam inuiolate iurisurandi religio apud priscos illos Romanos coleretur, non solum testis est (ut supra etiam retulimus) Marcus Attilius Regulus, qui in Pœnorum seruitutem deductus, ut ex uno & eo sene, complures Carthaginensium iuuenes pensarentur in contrarium dato, Consul Carth. petiit, non ignatus ad quan crudelis & sibi infestos Deos reuerteretur: Verum quia illis iurauerat, si eorum captiui redditi non forent, ad eos se se rediturus, ut authore est Lilius lib. 18. & Valerius Maximus lib. 1. in c. de seruanda religione, & late etiam tradit Follerius in sua praxi censuali, l. Nicolaus, num. 75. cum sequentib. Dicit etiam Guil. Benedict. in c. Rainutius, in verbo testamentum, 3. 11 num. 42, extra de testam. effectum † iurisurandi maximum quidem esse, ita ut iureiurando contraueniens sit ipso iure infamis. l. si quis maior. C. de transactio. Et ideo non sine causa Alexander, ut refert Valerius Maximus, sua iurisurandi violare noluit: immo pro viribus semper obseruare conatus est: ita ut cum ad dissipandum urbem Lapsacum iret, illi Anaximenes eius preceptor obuiam factus est: & cu sciret Alexander eum pro ciuitate loquuturum esse, eum iureiurando preuenit, & dixit se non facturum, quod ipse petiisset: Vnde tunc Anaximenes postulauit, ut illam urbem destrueret: id quod audiens Alexander, urbem illam in sua pace reliquit. Verum exclamat eo in loco Guilielmus, quod Principes hoc tempore non ita iuramenta sua obseruent, ut latius ipse prosequitur. Vnde dixit Ovidius,

Amplexor sanctas, que dant bona semina, fraudes.
Ex his igitur satis constat, iuramenta apud antiquos in maxima semper veneratione fuisse.

Ab his facile intelligi potest, in qua veneratione apud catholicos esse debeat ob eius effectus: & ideo dixit Quintilianus libr. 18. iurare graui viro, nisi vbi neceste est, non conuenire: si tamen semel honeste iuratum fuerit, non solum amico & familiari sed inimico quoque & ignoto mentiendum non esse, ne lingua à suo sensu discordet, ut inquit Laetanius lib. 1. de vero cultu. & M. Tullius lib. 1. de officiis inquit, nullo pacto iurare debes, quod tenere non lis. Hodie autem † Principes plerique vsu habent dum suis rebus timent, iureiurando multa polliceri: Mox vero terguersari, si fortasse fortuna arrideat, non aduertentes, ut supra ex Homero diximus, quod violato à Laomedonte Troiano Rege, Priamique patre iuramento † indignati Dii Neptunus urbem aquis repleuit, & Apollo pestilentiam immisit, & ut Hieremias 25. c. prædixerat, ob periurii causam Zechiæ Regis Piphideim Nabuchodonosor Regi promissam hosti non seruauerat, ipse populus Israel destruxa Hierosolyma captiui in Bas-

bilonem adducti fuerunt, ut supra diximus, & habetur Hierem. c. fin. vbi eo interfecto, annos septingentos permanserunt, ut habetur 2. Paral. c. 36. Circunfertur etiam de Astulpho Longobardoru Rege, qui ob violatum Pipino Francorum Regi pro ecclesia bellanti præsticum iuramentum, turpiter expirauit. De quo Gaguin. lib. 3. cap. 4. ita ait. Primo inequenti vere Pipinus in Longobardos exercitu ducit: cui ad Alpium angustias occurres Astulphus transitu Franchos prohibere contedit: sed irruentium in se Franchorum imperium non subtinens, Papiam se recepit: Vbi milite Frango circumvallatus obsides quadraginta Pipino dat: iuratque Romano Pontifici, quæcunque abstulisse restituere. Atque ita à tributis Stephano Pontifici militum firmissimis copiis cum in sedem Pipinum restituit: Cognito in Franciam Pipini absensu, Astulphus neque obsidum, neque iurisurandi curam habens nullis se promissis absoluere. Quamobrem Pipinus superatis iterum Alpibus, Astulphum Papiae obsidet: Obsidione pressus Astulphus Raueniam Pipino cum aliis, quas Pontifici abstulerat, aliquot vrbibus, quæ in exarcatu erant restituit: Receptas Pipinus Stephanus assignat: ipse vero Astulphus non multum post equo forte delapsus ceruicem fregit. & subdit eodem c. in fin. quod Cayfirus Dux Aquitanus de certo contra clerum sacrilegio commisso delatus, cum legatis Regis reddere cuncta promisisset, & religione iuramenti spreta, peiora attentas, perfidia Cayfiri cognita Pipinus vlcisci iurisurandi contemptorem pergit: Castellis pluribus solotenus dirutis Borbonium, Cantellam atque Claromontem recepit: Inde cum Lemouicas peruenisset: omnibus igne ferroque consumptis, crebras expeditiones in Aquitaniam duxit. excursa Aquitania, deficientibusque ad Pipinum pluribus vrbibus, † Cayfirus à suis necatur. Nō ita, subdit Guil. de Benedict. ibidem, nu. 44. Marcum Antonium Consulem Romanum fecisse, de quo habetur in l. postl. minii ius. §. captiuus. ff. de capt. & post lim. reuersi. qui cum ab Afris cu omni exercitu deuictus esset, ita ut duobus extantibus Romanis & fugientibus triginta milibus occisis ipse cum quingentis captiuis in vineulis teneretur: Deniq; à Marco, Emilio, Paulo & Servio Fulvio Romanis Cōs. Afri superati essent, ut ducentis hostium milib. occisis captiisq; centum & triginta per Carthaginem cum legatis mitteretur, ut captiuvorum permutationem à Romanis implorarent: iuramento tamen præstito, q; si Romani permutationi non assentirent: Carthaginem ipse rediret, Romamque cum venisset, & in Senatu contraria legationi suæ afferens, non esse vtile Romanis propter ipsum iā senem tot nobiles captiuos permuttere periuasisset Romanis permutationem offerentibus & ad moram eum hortantibus, quia iurauerat, redire prælegit & Carthaginem redit: Quem Afri confestim in angusto ligno clavis acutis confixo pœna caueæ incluserunt, vbi palpebris circuticiso usque ad mortem stare & vigilare fecerunt. Diu attestante Augustino lib. 1. de ciuit. Dei, c. 15. & c. 24. & lib. 2. c. 3. & c. 14. lib. 3. & cap 8. lib. 5. An autem Regul. ille in foro conscientiæ vinculo iuramenti redire teneretur in carcерem, satis copiose supradictum est: & est glos. in clem pastoralis, de re iudica. & Barto. in l. relgati. ff. de pœn. & Panormi. in c. inter alia, in fin. extra de immun. ecclesiis.

Eccles. Ex predictis itaq; colligitur. maximum vinculum esse iusserandum: & eius contractores & inde periuros apud Aegyptios pena capitii plecti consueuisse, ut refert Diodo. **Sicul.** lib. i. Primum enim, inquit ipse, periuro's capite plecti consueuisse, ut puta quod duplci sceleri tenerentur ob id quod & pieratem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum sane humanae societatis vinculum, haec ille. Et ideo non ineleganter dixit Anto. à But. in c. penult. **vbi cum sequitur Panor. extra de iureiur.** quod ob facultatem notario concessam, † vel Iudici, vt instrumentum vel testamentum vti voluerit, extendat, non poterunt iusserendum instrumento addere, propterea quod sine partiū consensu superlieri non potest, cum certa formam habeat. Præterea ille, 16 qui contravenit iureiurando, infamiam incurrit, ut inquit Menochius in tractat. de arbit. iudic. lib. 2. centur. 3. casu 260. num. 30. & Francisc. Marci in quest. 707. nu. 1. & 2. inquietus, quod quando iuramentum est de futuro, periurus infamia incurrit ipso iure, ac priuationem officii, l. quoties, & ibi per gl. Bart. & Ioan. de Platea, C. de dignit. lib. 12. & in l. si quis maior. C. de transact. si vero iuret de præterito, & tunc sententia interuenire debet, ut dixit gloss. & sequitur Bar. in l. Lucius, ff. de his, qui notan. infam. Glos. autem in c. quicunque, 6. q. 1. licet faciat differentiam, quando iuratur de præteritis; de præfenti vel futuro: attamen quod iuratur in iudicio, semper in infamiam irrogat, & præsertim quando alteri præiudicium affert: alias autem Deum solum vltorem habet, l. 2. C. de reb. cred. de quo latius ibi tradidit Doct. & Ang. Aret. in §. itē si quis iurauerit, l. itē de act. & est gl. in c. si summa, 22. q. 3. Quando enim illud, quod est falsum de iudicio iurat, & id quidem ignoranter & tunc excusat, cum verum arbitratur, c. beatus, eadem questio. secus auctem, si sciens. c. hominem, eadem questio. Et ratio est, quia in periuro dol⁹ requiritur, l. qui iurasse, ff. de iureiur. & notatur in l. si quis maior. C. de transact. & tradit Imola & Alex. in l. insulā, ff. de verb. obleg. & Bal. in l. qui crimen, C. qui accus. non poss. Præterea est tex. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, il. 2. ff. de iureiuran.

17 quod qui iurat in re pecuniaria † per genium Principis, & peierat, fusiib. cum huiusmodi inscriptione puniendus est, & cetera sic pñ. & pñ. quam in Latinum idioma vertit Alciat. lib. 4. disp. c. 2. Petulantem, seu temere, ne iura. Predicis adit Suetonius in Caligula de hoc dicere quandam, qui se pro salute ipsius peritum voverat; cunctantem pueris tradidisse verberatum insultatumq; ut votum reposcentes per vicos agerent, quo ad precipitaretur ex aggere. Præterea D. dac. Couarruias in tract. de pac. §. 7. nu. 2. inquit, periuros præter culpā quā periuri quo ad criminis reatum contraxerunt, cuius ratio apud diuinum tribunal examināda est, † puniendos esse à iudicibus & legib. publicis non tantum ecclesiasticis, sed & secularibus, ut sup. diximus, pētex. in d. l. si quis maior. C. de transact. & notat Rom. in consil. 112. Nam & si Calarea constitutio, in l. 2. C. de reb. credit. voluit iurisfundiri contemptam religionem satis habere Deum ipsum vltorem: id tamen vel obtinere dicitur, vbi nulla ex periuro proximo iniuria fit, ut Accursius & Doctores ibidem crediderunt: vel non conuincit, non posse à principe laico periuria puniri in hoc seculo, præter diuinā Dei punishmentē: Quemadmodum plura delicta in repub. puniuntur, quā tantummodo ad diuinā maiestatis offenditam pertinent, quod quidē satis manifestum est: At sane Imperator, 18 vi rationem redderet, † cur periuria non puniantur grauisima pena, in quam corporali, præmisit hoc crimen maximam vltionem à Deo expectare, quamvis ab hominib. nō ita severa fuerit punitum. Punitur igitur periurus, si priuatus sit, infamia: si vero clericus, depositionis ab ipso ordine pena, ut est tex. & ibi notat Doct. in c. cum non ab homine, extra de iudic. & notat Panormit in cap. tua, extra de iureiur.

19 † Præterea clericus periurus per sententiam beneficio ecclesiastico priuandus est: nam ipso iure priuatus non intelligitur, ut est tex. & ibi tradit gloss. & Doct. ita intelligunt, in c. querelam, extra de iureiur. & gloss. in c. illud, extra de excess. prelato. & gloss. in c. quicunque, 6. q. 1. & Abb. & alii in c. 2. extra de rescr. vbi Felin. Dec. & Ripa hanc opinionem communem esse attestantur: & idem etiam asseverat eam sequentes Ioan. à Selua, quest. si. extra de iureiur. Nam Bernar. in sua practica, ca. 86. & Caesar Lambert. in tract. iuris patron. in 1. parte 2. libri, quest. 9. artic. 15. eandem veram esse censem, & And. Alciat. in c. cum non ab homine, & probatur in ca. in nostra, extra de procurat. Licet Rebiffus in tracta. de pacifica passione, n. 218. velit periurium ipso iure beneficiis Ecclesiastis priuatum esse, eis scilicet quæ iam tempore periuri obtinebat: quæ quidem opinio communi omnium sententie refragatur. Existimat tamen ipse Rebiffus, colla-

tionē beneficii periuro factam, nullam ipso iure esse: Cuius opinionis autores sunt Abbas & Doct. in c. querelam, extra de iureiur. & Ausfr. in dec. Capella Tholosana, quest. 17. & Dec. in c. dilecti, col. 2. extra de exceptio. & Felin. in e. 2. col. 2. extra de rescr. & Nicol. Milis in verbo, periurus, & est optimus tex. in c. accedens, extra de accusatio. Federicus tamen in consil. 50. contrariam opinionem veriorem arbitratur: Imo quod talis collatio nulla ipso iure non sit, sed rescindi debeat. Priori vero opinioni suffragatur, quod periurus infamis sit, vt infra etiam dicetur: Collatio autē beneficii facta infamia, quod ipso iure nulla sit, est tex. in c. intolerabilis, de reg. iur. in 6. Verum Didacus eodem in loco, quod collatio beneficii facta infamia, ipso iure nulla sit, opinatur, nā eam validam ante sententiam esse tenuerunt Federic. in d. consil. 50. Card. & Felin. in d. c. querelam, extra de iureiuran. & idem Felin. in c. 2. col. 3. extra de rescr. & præmittit Calderi. in consil. 20. & probat tex. vbi voluit etiam Innoc. in c. inter dilectos, extra de excessib. prelato. nisi ea collatio fiat notoria infamia, & iuris infamia: quandoquidem tunc collatio nulla est ipso iure, quæ admodum explicat Abbas in d. c. inter dilectos, nu. 6. & idem Abb. in c. super eo, extra de electio. & Felin. in d. cap. 2. nu. 4. & Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte, quest. 3. col. 5. & hæc de infamia iuris. De infamia autē facti tradit Calder. in d. consil. 20. in tit. de proband. & post eum optime tradit Mart. A. pilicuta in cap. si quando, colum. 52. extra de rescr. & ideo caute dixit Rebiffus in loco suprarelat. nu. 221. eius opinionem & aliorum; quos paulli ante retulimus, tunc locum habere, cum quis sententia periurus declaratus fuerit, & deinde ei beneficium conferatur, nam tunc collationem ipso iure nullam esse arbitratur; alias vero nequaquam. Quasi velit tunc demum collationē periuro factam & infamia nullam esse, cum infamia notoria est: Et ideo ibidem subdit Didacus collationē beneficii ipso iure nullam esse, quod infamia ex periuro notoria sit, alioquin nequaquam. Præterea in alio etiā casu, cum collatio beneficii periuro fit authoritate literarum ad beneficia apostolicarū, si conferantur, collatio nulla est. Ratio autē est, quæ à motu honestate procedit, & ideo mirum nō est, si beneficij collatio non subsistit, sed ipso iure nulla dicitur, si ei autoritate illarum literarum fiat, qui infamis est, ut inquit Calder. in d. consil. 20. & in consil. 4. in tit. de accusat. & Felin. in d. c. 2. col. 2. extra de rescr. & in c. inquisitione, col. 2. extra de accusat. & Rebiffus in d. tract. de pacifica possit. num. 221. His accedit, quod alienum valde est à mente Romanī Pontificis, infames ac periuros sub literis ad beneficia contineri, cum potius ea clericis bohis ac religiosis, bonisq; moribus pditis conferri velle censendum sit; Vnde inquit Didac. eodem in loco, Calderini sententiam probare, quatenus ad iuris infamia & infamia facti. † Præterea periuriū vtroq; iure, pontificio scilicet & Cæsareo, vt sup. diximus, pēna infamie puniri, habetur in d. l. si quis maior. C. de transact. & in c. infamies, 6. quest. 1. & est gl. in d. c. querelam, extra de iureiur. dummodo periurium promissoriū sit, & in iuramento promissoriū contingat. Ex periurio namq; assertorio infamis quis nō efficitur, ut est gloss. in l. Lucius, ff. de infamibus. & est gl. in d. cap. quicunque, 6. q. 1. & notat Diversus Thomas secunda secunda, quest. 98. artic. 3. & Bal. in rubr. de iureiur. & Abbas in c. testimonium, col. 8 extra de testib. vbi Felin. nu. 20. & Lambert. in tract. de iure patro. in 1. parte, 2. libri, q. 9. art. 15. & Lanfran. in c. quoniam contra falsum, in verbo testes, nu. 135. extra de probatio. hanc distinctionem communem esse attestatur: Quia tamē intelligenda est, vt periurium promissoriū circa cōtractum infamiam irroget, d. l. si quis maior. quæ in hac specie expresse pēnam hanc infert, & in specie est etiam tex. in ca. debitores, extra de iureiurah. si periurus fuerit; quia non soluit vñras, quas præstare promiserat, infamis non est, vt notat Felin. in d. cap. testimonium, nu. 21. & Lambertinus in d. c. 15. Sed quando quis periurus non sit, vt inf. tractabimus in illis casib; in quibus infra dicemus, in periurium nō incurri. Verum prosequendo ea, q; ad hunc locum pertinent, dicimus periurium assertoriū rei presentis vel præteritē iure ciuili puniti pēnam stellionatus; periurium vero promissoriū eam vltius pēnam sublequi, vt vltra infamiam periurii cōtractus pēnā luat, & actionē, omneq; cōventionis cōmodum amittat, d. l. si quis maior, vbi Doct. cōmuniter id adnotant. & in l. 2. C. de reb. cred. & tradit Ias. in §. itē si quis; il 2. n. 63. Inst. de act. & idem habetur in l. si duo patroni, ff. de iureiur. & Io. à Selua in d. tract. de iureiur. q. fin. Præterea etiam de huiusmodi pēnis tradit Cassa. super institut. Burgun. rub. 10. §. 12. versic. quid autem fieri debeat. Vbi primo loco ponit pēnam d. §. quicunque, 6. q. 1. vbi habetur debere iejunare peg

50. dies, ut sup. diximus, & dicit tex. in c. predicandi, 12. q. 1. dū habetur p̄c̄nitentia periurii esse, vt est illa ipsius homicidii, ciuitate tamē agēdo, vt inquit Ias. in d. §. itē si quis iurauerit, col. 2. † periurii septē sunt p̄c̄na. Prima est, vt si aliquis iuret in cōtractu, cōp̄tomisso, vel trāsactione, & postea nō obseruat iuslurandum, cadat in p̄c̄nas d. l. si quis maior. C. de transact. q̄ est vt ipso iure priuerur omni iuris actione, vt late tradit Ias. in d. l. si quis maior. & Alex. in cons. 76. vol. 5. dū inquit, illam legem in quoq; alio cōtractu locum habere, & idē iterū Ias. in d. l. col. 3. & in l. quod te, col. 8. ff. si cor. per. Secūda vero p̄c̄na est, quod efficiatur infamis infamia facti & iuris, d. c. infames, 6. q. 1. & notant Bart. & Ang. in l. Lucius. ff. de his, qui notā infam. & Ias. in d. l. si quis maior. col. 5. & ideo dixit Cice. lib. 2. de legib. periurii p̄c̄na diuina existiū, humana dedecus afferri. Tertia autē p̄c̄na est, q̄ ex p̄cedenti subsequitur: Nā ex quo infamis efficitur, amplius ad vllam dignitatē non admittitur, l. quoties, C. de dignit. li. 12. & tradit Bal. in l. 2. C. de reb. cred. Infamibus enim portæ dignitatis non patere dixit tex. in c. regula iuris, dc reg. iur. in 6. Quarta etiā p̄c̄na subsequitur, quia periurus amplius ad testimonium non admittitur, c. parvuli, 17. q. 5. & c. qui cung, fratres, 6. q. 1. & c. testimonium, & c. siccus, extra de ref. & c. literas extra de pr̄fum. cum alio adductio à Iaso. in d. §. si quis iurauerit, & faciunt ea qua dicit idē Ias. in repetitione l. admonendi, col. 26. ff. de iureiur. & facit gl. in l. Lucius, in suff. de his, qui notant infam. Vnde dixit Alex. in cons. 33. col. 6. vol. 1. periurus in vno, in aliis nō admitti, & non intelligent p̄dīcta, etiā quod adhuc sentēta condemnatis non sit, voluit Bal. in l. si veteris, C. de fide instrum. & procedit, etiā si de suo delicto p̄c̄nitentiam egerit, vt tradit Ias. in d. §. si quis iurauerit, & latius in l. in arenam, C. de inof. testim. Nec etiā statut cautioni iuratoriae illius, qui est periurus, vt inquit Ias. in l. 1. ff. si quis iurauerit, & Iano. Sanson in consuetud. Turonen. in ritu. des dructz. de base iustic. 24. fol. 26. Quinta p̄c̄na est, quod periurus ab agendo repellatur, vt est tex. in d. c. parvuli, 22. q. 5. Id tamen intelligendum est, vt dixit gl. & lequuntur Doct. in c. dilecti, extra de foro compet. & dixit Ias. in d. §. si quis iurauerit, & Anto. de But. in eodem c. dilecti, col. 3. extra de excep. dum inquit, periurii exceptione litis finit̄ exceptionē esse, & video litis in ingressum impedit, quod q̄ uidē valde notable est, si verum est. Sexta p̄c̄na periurus est, quod periurus omnia legum & canonum ac statutorum beneficia amittat, quib; cauetur iureiurando credendum esse, vt est tex. in d. c. parvuli. & tradit Bal. in auct. eius. C. de bon. author. iudic. possid. & Panor. in c. questionum, extra de appellat. cum aliis, quare refert Ias. in d. §. si quis iurauerit. Septima pr̄terea p̄c̄na periurii est, quod clericus beneficiatus ob periurium à beneficio remouetur, c. 2. & ibi Doct. extra de ref. Vnde inquit Bal. alibi id clarius non haberi, etiā dixerit Ias. in d. §. si quis iurauerit, simile tex. esse in c. cum quidam, & in c. querelam, extra de iurisur. vbi idem quoque in Episcopo esse dicitur: nā propter periurium & iplo quoque episcopatu priuatur, vt notat gl. in c. f. de iureiur. in 6. & Bal. in l. 2. C. de iureiur. & voluit Bal. in d. c. cum quidam, habetur Doctotē ob periurium à doctotoratu deponi posse. Octaua pr̄terea periurii p̄c̄na est, quod ecclesiastici beneficij collatio periuro facta mero iure, nulla est, vt voluit Federic. de Senis in d. cons. 50. An collatio. per ea, qua voluit Hosten. in c. cum inter, extra de excessib. pralat. cū alis, qua refert Ias. in d. §. si quis iurauerit, Inst. de act. Id quod fuit etiā confirmatum in decil. Tholol. quos. 17. dum pr̄dē p̄c̄nas refert, & Ias. in d. §. si quis iurauerit, & sequitur etiā Zabarella in d. c. querelam, extra de iureiur. etiā Imola in c. auditis, in suff. extra de elect. vt ipso iure nulla nō sit, existimauerit. Nonna etiā periurii p̄c̄na est, quod periurus falsarius dici possit, cum falso cōmittat, vt est iex. & ibi notat gl. in c. illud, extra de excessib. pralat. Decima periurii p̄c̄na pr̄dictis additur, quod ad reficiendum damnum parti illatum tenetur, ad illudq; contra periuros agi potest, l. qui nomine, ff. de fal. vt dixerunt Paul & Ioa. And. in c. 1. extra de falsis, & voluit Ias. in d. §. itē si quis postulante, col. 12. Inst. de act. Undecima etiā periurii p̄c̄na apud Agyptios capitū erat, vt refert Diodo. Sicut lib. 1. quem refert Guili. Bened. in d. c. Rainut. in verbo, testamentum, il 3. n. 45. extra de testim. & de vinculo iuramenti, quod maxime obseruandum sit, & pr̄sertim apud Principes, tradit ibidem, nu. 42. 43. & 44. Duodecima etiā corporalis p̄c̄na additur, vt puta manus amputatio, vt in vfa est apud Neapolitanos, vt haberet in cōstitutio- ne regni Sicilia incipiente, eos qui scienter, vbi refert Matth. Aff. & post And. de Iser qui super illis Sicilia constitutionibus scriperunt, lib. 3. vbi late de periurio tractatur in illa questio- ne ibi. Octauo quoq; quid potest opponere reus, vbi ponit mul- ta, qua aliquem a periurio excusare possunt: Hæc autē de

parte peieratē dicuntur: si vero de testium periurio loqua- mur, de eorum p̄c̄na tradit Ias. in d. §. item si quis iurauerit, in suff. & elin. in c. constitutus, col. 8. extra de recrip. Illud tamē animaduertendum est, testem falsum dicētem in cau- sa criminali ea p̄c̄na, qua reus si depositio vera esset, pu- niendus esset, puniri debere, vt dixit Ias. in d. §. si quis iurauerit, in suff. & in l. si legi, in suff. C. si cōtra ius, vel vtilit public. & in d. §. itē si quis postulante, col. 13. Inst. de act. Pro clariori huius rei declaratione, dum q̄suumus, qua p̄c̄na periurus puniendus sit, ita distinguendum est: Aut enim de eo loquimur, qui Deum blasphemat, & eius Sanctos; vt puta, si aliquod verbum in cōtemptum Dei vel Sacerdotum proferat: & tunc siue sit verum, siue falsum, cum quis blasphemare solitus est, puniri debet ea p̄c̄na, de qua ex tex. in §. 1. in suff. in Auth. ut nō luxurient. contra natur. col. 6. & plene Ias. in l. 3. §. ff. de iureiur. Aut vero loquimur de eo q̄ per Deum iurat, sacra- ve scripturas, vel aliter, & peierat, id est, falsum iuret: & tūc aut iutauit iracundia cōmoratus, & tunc excusatur, vt not. in l. 2. C. de reb. cred. & facit tex. in l. quod calore, ff. de reg. iur. & facit ad hoc illud, quod dixit Ias. in l. filiam tuam, C. de inof. te- stā. & Felin. in c. dilecti filii, col. 7. extra de excessib. pral. vbi cal- lor iracundiae excusat: id quod quomodo intelligendū sit, referit Ias. in l. si duo patroni, la. 2. col. 1. ff. de iureiur. Addēdum est p̄dīctis, nemine de periurio cōqueri posse, nisi ille cu- ius interest, cū sit priuatum delictū: nisi iudex periurii cō- traſe factū esse reperiat, vt dixit And. de Iser. in d. §. sacramē- tū, in addit. in fin. c. 1. l. 2. in titu. de consuet. resti feudi. de vſib. feudi. Et dixit Alex. in addit. ad Bar. in l. suff. de crim. stellio. iu- dice seculatē quempā periurii esse declarare posse, vt di- xit ēr Abb. Panor. in c. cum sit generale, extra de foro cōpet. vbi ēt disputat, corā quo iudice de periurii criminē agendū sit, & tradit etiā Guido Papae in q. 188. omissis pr̄terea aliis, que refert Cassa. eod. in loco, & Didac. Couar. de p̄st. §. 7. n. 5. vers. secundo agendū erit, vbi de p̄c̄na testis falso dōponētis latifimē tractat, infert ad illā q̄stionē, q̄ posset fortasse accidere, vt extimators à iudice eligēti sint, & eo in loco con- mo ex iis adsit, qui eligendi sint: vel si aliq̄s adsit, nō cōpa- reat corā iudice infra tēpū ab ipso iudice constitutum, & quod ipsi electi de bene extimādo iurare cogātur, quomo- do agendū sit. Pro huius dubitationis facilitori declaratio- ne illa generalis regula p̄mītēda est, omnes illos quorū aliquid conscientia cōmissum est, iurare debere, prout de hoc ēt latius dictū fuit: & tradit Hippol. Marſ. in sing. 214. dū inquit, quod ille, cuius dictō standū est de voluntate vtriusq; partis, vel vi statuti, vel cuiuslibet alterius disposi- tionis iurare tenetur, vt inquit Ang. in repetit. l. si vacantia, col. 2. C. de bon. vacā. lib. 10. vbi singulariter dixit, quod licet ex dispositione alicuius statuti verbis nuntii stādum sit, eis tamē nisi iurauerint, standū nō esse, vt est tex. notabilis in l. Theopompus. ff. de dote praleg. Et id inquit valde notādum esse pro interpretatione statuti disponentis, vt stetū simplici accusatoris verbo de damno sibi illato: nam stārib. p̄dīctis ei nisi prius iurauerit, stādum nō est, vt est tex. in l. qui bona, §. qui danni, ff. de dāno infecto, & in l. si quando, C. unde vi, & hoc refert & sequitur Maria. Soc. sen. in repetit. ei qualiter & quādo, il 2. 9. q. 9. p̄ncipali extra de accusat. de quo tradit etiā Feli. in c. significasti, il 1. in suff. extra de homicid. & in c. quia iudicāte, col. 1. extra de preser. Quo vero ad testem, est tex. in l. iurisurādi, C. de testim. & in c. tuis questionib. extra eo- tit. & est ēt tex. in c. nuper, & in c. itē iurisurādi, 4. q. 3. & inc. hortamus, 3. q. 9. cū simil. & tradit idē Hippol. in sing. 434 alias tibi dixi. Et hoc nō solū in teste locū habet, si ab una parte producatur, sed & in eo quoq; cuius dictō standū est, vt supra diximus, de voluntate vtriusq; partis, vel vi cuiusvis sta- tuti alterius dispositionis: & optime facit illud, quod dixit Soc. in cōf. 90. vīsis, col. 4. vol. 4. & Bau. rius in privilegio iurā- mētū. & optime facit tex. in c. 1. circa mediū, extra de frigid. & malefi iūtō tex. in c. cōtinebatur, extra de defōs. impub. & facit tex. in l. cōparationes, in suff. C. de fide instru. vbi iterū dixit idē Marſil. Faciunt ēt ea, q̄ dixit lo. de Anania in d. c. signifi- casti, lib. 2. col. 6. vers. circa secundū, extra de homicid. & faciūt ēt optime ea, q̄ dixerit Ang. & Pau. Caſtr. in l. de pupillo, §. qui opus. ff. de oper. noui. nun. dū dicunt, quod vbi aliq̄s alicuius cōscientia cōmitirat à lege vel a Principe, ad hoc vt sentētia valeat, vt iuret opus est, ita sibi cōscientia suā persuadere & dictare: alioq; eius sentētia standū nō est: id quod refert & sequitur Alex. in cōf. 217. vīsis verbis dicti, & c. col. p̄. vers. ad traditorū confirmationē, & tradit iterū Marſil. in suff. C. deprobat. car. 27. Pr̄terea eandē cōclusionē sequitur Ias. in l. p̄pertissimi, n. 24. C. de iudic. vbi inquit gl. illā ponderāda esse, vt icil. licet lex, vel statutū simpliciter disponat, alicuius extimationi vel ei quod quis extimauerit, stādum esse, id tamen dummodo iuret, intelligendum esse. CAP.

De Executionibus Tractatus §. 9.

613

CAP. II.

ARGUMENTVM.

Iuramentum an per procuratorem præstari possit.

SUMMARIA.

- 1 Iusurandum, an per procuratorem præstari possit.
- 2 Legatus idem honor adhibetur, qui procuratori tribuitur.
- 3 Iusurandum fidelitatis præstatur per procuratorem.
- 4 Iusurandum per procuratorem præstari non debet, quando principalis est magis instructus & legalior.
- 5 Iuramentum fidelitatis per procuratorem præstari, an possit.
- 6 Inuestituram facere debet dominus ipsemet, non per procuratorem.

Antequam ad alia transeamus, nonnulla sparsim & scie rei propositæ perfectione & ordine tractanda sunt, inter quæ illud est: An iusurandum per procuratorem † interponi ac præstari possit? Qua de re Franciscus Marci in questrene 115. numero 1. cum sequentib. parte 1. inquit esse regulam, ut iusurandum per procuratorem habentem speciale mandatum, ut etiam in animam sui principalis iurare possit, præstare liceat ac permittatur. cap. fin. de iuram. calum. lib. 6. & Bart. in l. qui pene. §. si alieno. ff. de damno infecto. Hoc namque iusurandum per procuratorem in persona domini, id est super anima domini, nec non etiam procuratoris præstari potest; & an requiratur speciale mandatum, tradit ibi Bart. & Alex. Quandoquidem idem honor ac priuilegium procuratori exhibetur: id quod pro legatis facere † dicunt, inquit Ang. Aret. in §. præterea, Inst. de actio. & est text. in item. Romani. §. nos 3 itaque, de iure iur. vbi Imperator † per procuratorem speciale mandatum habentem fidelitatis iusurandum præstat etiam in animam, vel super anima sui principalis, ut voluit gl. in c. tibi domino. & distinc. & facit text. in l. iusurandum. §. procurator. ff. de iure iur. Illud tamen pro limitatione prædictæ regulæ adnotandum, quod vbi principalis instructus magis esset, & forte ut dicunt Doct. legalior, procurator † admitti non deberet, argumento l. fin. fin. cum ibi notat: & præsertim quia iuramentum fidelitatis per procuratorem ad hoc specialiter deputatum præstari potest. c. i. §. sed utrum, in tit. per quos fiat inuestit. vbi etiam tradit Bal. & Aluarot. in §. item inuestitura, in titul. de natura feud. & Bald. in l. i. §. ne autem. C. de caduc. tollen. dum vult, ut fidelitatis iusurandum † per procuratorem præstari possit. capit. i. §. personam, in tit. per quos fiat inuestit. Secus vero de iure ciuili, ut ipse inquit, quia ipse principalis ipsum præstare debet, ut habetur in c. i. §. sed utrum, & in c. i. in tit. qualit. vasal. iura. debe. In contrarium tamen, vt ibidem subdit Franciscus Marci, ut scilicet etiam iusurandum fidelitatis per procuratorem præstari non possit, sed ipse principalis dominus præstare debet, videtur tex. in c. i. §. utrum, de statu regula. lib. 6. vbi in præstatione homagij Abbatissæ, seu monialis, ipsemet iuramentum præstare debent, & monasterium exire, & ideo idem multo magis de Abbat. dicendum est. & ad hoc inquit facere tex. in l. fin. C. de iure emphyt. Vbi dominusmet inuestituram facere debet, no autem eius procurator: id autem

in emphyteusi verum est, secus vero in feudo, propterea quod dominus in feudo per procuratorem inuestituram facere potest, ut inquit Ias. ibidem, per text. in d. §. sed utrum. Et ideo dominus procuratorem ad recipiendum homagium constituere potest. Prædictis tamen non obstantibus, prædictus Franciscus Marci in loco prædicto existimat eleatum esse ministerium personæ ad præstandū huiusmodi fidelitatis iusurandum, ut dixit Bald. in l. i. quæst. 56. ff. de rer. diuiso. & facit illud, quod dixit Aluarot. in c. si quis decesserit, in tit. si defeudo controuer. fuer. Hæc autem faciunt ad illam quæstionem Petri de Castro briando, Præpositi Valentiae, qui similem Apostolicam promissionem præstanto iuramentum fidelitatis in manibus certorum executorum, & sic præsupponitur ut sit dignitas electuaria ut præsumendum est, propterea quod iuramenta fidelitatis non præstantur, nisi quoad dignitates ecclesiasticas. c. ego. extra de iure iurand. † Et ideo huiusmodi iurisurandi præstatio bis delegari non potest, nec pariter per procuratorem præstari, ut supra diximus.

CAP. III.

ARGUMENTVM.

Iuramentum fidelitatis remitti potest, sed non ipsa fidelitas.

SUMMARIA.

- 1 Iuramentum fidelitatis licet pacto & conuentione remitti possit, fidelitas tamen remitti non potest.
- 2 Vasallus licet iuret fidelitatē domino suo, ut habetur in c. i. dominus suis vasallus fidelitatem non iurat.
- 3 Dominus non potest compelli iurare vasallis.
- 4 Dominus debet reddere vicem vasallis.

Omittendum præterea non est, quod licet pacto & conuentione iusurandum † fidelitatis remitti possit, ut probatur in c. i. in fin. in tit. per quos fiat inuestit. & in c. i. §. est alia, in tit. qua fuer. prima causa benefic. amitten. & in c. i. in princ. de capt. Corasius tamen ipsam fidelitatem, quominus ipse vasallus ad eam domino teneatur, penitus remitti non posse arbitratur: nam alioquin feudum dici non posset, ut inquit Claud. Saïselius in suo spes. feudo. pag. 77. Comprobatur hoc, quia licet vasallus † domino suo fidelitatem, ut supra diximus, iurat, ut habetur in cap. i. in tit. quando vasal. iura. debe. fidelit. cum duobus subsequentiibus titulis; dominus tamen suis vasallis fidelitatem iurare non tenetur, ut habetur in c. i. in tit. de forma fidelit. & in cap. i. in tit. quando dominus proprie. priuet. & in c. dominio, in tit. si defeudo fuerit controuersi. inter domin. & agnat. & in c. nulla. in tit. per quos fiat inuest. Licet enim dominus teneatur vasallo, vti vasallus domino teneatur: multo tamen magis vasallus domino teneatur, cuim dictus vasallus domino teneatur, & dominus vasallo iurare non compellatur, ut inquit And. de Isern. in cap. i. in fine. in tit. de forma fidelit. & in dicto cap. i. in tit. qualit. domin. proprie priuet. prout etiam dicitur, quod vasallus tenetur iurare domino, ut habetur in cap. i. in principio, in tit. quib. mod. feud. amitta. cum concordantibus ibi adductis. Sed sic est quod dominus † non astringitur ad iurandum vasallo, nisi ex urbanitate, argumen. l. creditores, & l. ancilla. C. de pignor. & Dolian cap. brevi, extra de iure iurand. licet Bald. in cap. i. §. cons.

FF

i. §. cons.

1. S. conuenticula, in principio, in tir. de pace iuramen. firmans dixerit dominū vasallum iurare teneri etiam iniuste, ita ut eum suo inimico tradere non debeat, etiam quod mille delicta committeret, vnde inquit Oldrad. in conf. 206. in causa Carnonensi, superiorem agere posse pro vexatione, quæ subditis interficitur, argumento cap. licet in fine. vbi tradit etiam Hostien. extra de probatio. prout latius tradit afficit. in decisiō. 26. num. 5. cum sequen. Nam t̄ licet regula sit dominum vasallis vices reddere debere, vt inquit eodem in loco Afficit. numero 1. id tamen in iureiurando locū non habet. Est igitur vasallus duplicititer ad ius fidelitatis obligatus: eam namque non solum vti vasallus ratione feudi iurare debet, sed etiam si sumus in casu, vti vasallus Burgenſis, vt inquit Andr. ab Isern. in c. 1. in tit. qualit. vasal. iura. debe. fidelita.

C A P. IV.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum fidelitatis quæ continet.

S V M M A R I A.

1. Iuramenti fidelitatis alia forma sex continens.
2. Vasallus iurare debet seruare dominum in columem, & quomodo.
3. Vasallus iurare debet non dicere testimonium in causa criminali contra dominum.
4. Iurare debet vasallus honestatem seruare.
5. Vasallus non potest aduocare contra dominum suum in aliqua lite, vel procurare.
6. Iudicium, dicitur iudiciale certamen.
7. Dominus non potest priuare feudo vasallum, qui iurauit fidelitatem sante fidelitate.
8. Bellum, an sit iustum, vel non, quatenus pertinet ad excusandum vasallum, statut verbo domini.
9. Vasallus, an teneatur Regi auxilium prestare, si bellum gerat extra regnum.
10. Territorium ibi est, vbi est Rex.

Licet nonnulla supra de iuramento fidelitatis dicta sint, artamen hoc loco de eius forma plura tractandas sunt: t̄ & in primis sub ipso fidelitatis iureiurando lex contineri sciendum est, vt habetur in cap. 1. in titul. de forma fidelit. & in cap. 1. in tit. de noua forma fidelit. & in capit. decretis. 22. distinct. Et ideo ad ea vasallus tenetur, quæ sub ipso fidelitatis iureiurando continentur, vt dixit Alexan. in conf. 79. colum. 5. volum. 1.

2. Primum igitur iurare debet ipse vasallus, t̄ dominum in columem se seruaturum, quod illud continet, vt domino offenditionem quo ad suum corpus, ipse non inferet, nec etiam per alium: Quintimo pro viribus curare, ne ab alio quouis offendatur: & non solum eum non esse offenditum, sed nec eum filium, vel fratrem ipsius domini, vt inquit Isern. a in d. cap. 1. in titul. de forma fidelit. Sub hac enim dictione, in columem: illud etiam continetur, vt vasallus dominum non accuset, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Item contra dominum in causa criminali testimonium non facere: Item nec consilio, nec facto aliquo agere, vt dominus vitam vel membrum aliquod amittat, vel

in persona seu corpore laisionē, iniuriam vel contumeliam recipiat: vel honorem amittat, quem habeat, vel habebit, vt ibidem latius dicitur.

Secundo iurare debet dominum tutum, hoc est secreta domini in eius damnum non revelaturum: Est namque sacræ maiestatis crimen hostibus secreta domini pandere, id quod vel signo, vel nuncium mittendo, seu literas fieri potest, vt habetur in l. 1. 2. & 3. ff. ad Iuliam maiest. vt inquit Isern. in loco super relato.

Tertio etiam t̄ futuram honestum iurare teneatur, vt puta quo domino iniustitiam non faciet, vt infra dicetur, & est text. in c. qui domino, in titu. quæ sit prima caus. benef. amittit. Item seruare honestatem circa domini vxorem ac filias, riurumq; ac domini sororem, alio se de quibus in c. 1. §. item si fidelis, in tit. quib. mod. feud. amittit.

Quarto quoq; iurare debet domino utilem futurum, hoc est, quo ad bona domini damnum ei non afferet, nec etiam in aliis negotiis, vt puta si dominus cum alio domino matrimonium contrahere velit: tunc enim vasallus vt negotium domino valde utile non concludatur, impedimento, zizaniā forte se iniendo, esse non debet. vt ibidem inquit And. de Isern. prout etiam eiusdem speciei est, vt non consentiat, si malum aliquod cōtra dominum exordiatur, imo obuiam illi eat, auxiliumve praestet vt latius ibidem declarat Isern. Et ideo si vasallus secretō aliquo modo rescuerit, dominū ab aliquo suo inimico magnam sui patrimonij iacturam passūrū esse: vel ei in insidias parari, vel aliquod aliud præjudicium in eum inferendum esse, domino suo id omne revelare ac referre tenetur, vt notatur in c. 1. §. item si vasallus, & in §. qui delator, in tit. quæ sit prima causa benef. amittit. & in c. 1. §. si à morte, in tit. de alien. seu pater. Et tradit ipse Isern. in c. 1. §. præterea in tit. quæ sit prima causa benef. amittit. quemlibet vasallum teneri quamcunq; offenditionem domino manifestare cōtra regulam illam quæ vult, neminem malefactorem indicare teneri, vt habetur in l. in ciuile. C. defuit.

Quinto præterea iurare debent faciles se exhibitos ac possibles, vt puta quod rem facilem difficultem domino suo, & etiam econuerso rem difficultem facilem, ac etiam quod possibile impossibile non reddet, vt expresle sonant verba text.

Sexto etiam pariter iurare tenentur in prædictis auxiliis & cōsiliis præstare: quandoquidem vasallus non solum à malo abstinere debet, sed etiam pro domino bonum facere tenetur, vt inquit tex. in d. c. 1. in tit. de forma fidelit. Vnde etiam est, t̄ vt vasallus in litibus contra dominum aduocare nō possit, nec etiam procuratoris officio fungi: quandoquidem si tenetur vasallus dominū suum defendere, & ei in prælio auxilio esse, vt inquit tex. in c. 1. in prin. in tit. quib. mod. seu. amittit. cum aliis concordan. non minus etiam in prælio judiciali ei auxilium præstare debet. Iudicium t̄ namq; iudiciale certamen appellatur. I. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. cum similib. & notat And. de Isern. in loco supra relato. Si vero vasallus vt iuriurandum fidelitatis iuret interpellatus est, & iurare recusat, bona feudalia amittit, quæ à domino habet, vt habetur in c. 1. §. est & alia. in ti. quib. cau. feud. amittit. At si fidelitatem iuret, ea stante dominus cum prædictis bonis in feudum receptis priuare nō potest, vt habetur in d. c. 1. in tit. de forma fidelit. & notat Bal. in c. 1. in tit. de manu. feud. & notauit abbas in c. que

in ecclesiistarum extra de constitutio cum similib. Et idem dixit Barb. in c.i. §. haec sunt, extra de pæt. Comitem suos vasallos ei iurare curare debere, cui ipse iuravit. Item dixit idem Andr. ab Isern. in d.l. imperiale. §. præterea, & Bald. in d. capit. omnes, in titul. si de feudo fuer. controuer. inter domin. & agnat. & Bartol. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de oper. noui nunc. & Bald. in l. i. ff. de rer. diuis. & Bart. iterum in l. cum munus. ff. de alim. & cibar. legat. Item tenetur vasallus domino suo, si Rex eius dominus bellum iustum moueat contra alium, vel illi moueatur, illicitum auxilium prebere, ut habetur in cap. i. in prin. in tit. quib. mod. feud. amitt. quandoquidem si id facere recusaret, ei ingratitudinis vitio adscribendum esset, cum ab eo beneficium habeat, ut habetur in d. cap. i. in titul. de forma fidelit. prout etiam de iure communis propter ingratitudinem donatio reuocatur. l. i. & fin. C. de reuocan. donatio. At tamen bellum sit licitum, vel iniustum, si dubitetur, quatenus pertinet ad vasalli excusationem opem præstantis verbo ipsius Princis, ut habetur in cap. quod culpatur 22. quest. i. prout etiam concludit Isern. in dicto cap. primo, in titulo hic finitur lex Contra de quo per Doctores in cap. sicut, extra de iure iurand. & in capit. olim, il primo, extra de restitu-
tio spolia. Quid autem si dominus, ut puta Rex, extra regnum suum bellum gerat: an tunc vasallus ei auxilium præstare teneatur. Et hac de re loquens Isern. in dicto capitul. i. in titulo, quibus mod. feud. amitta. inquit, quod si Rex extra regnum vasallorum auxilium requirit, vasalli tale auxilium præstare tenentur: tamen quia vbi est Rex, ibi est regnum, seu Regis territorium, ut ibi tradit Bald. referens Cy-
num in l. tertia. ff. de offic. præsid. & Iacob. Butrig. in l. cunctos populos. C. de summa Trinitat. & fide catholic. & ita inquit seruari de facto. Et ideo si Rex à suo regno ad iniuriam sibi illatam, vel suo vasallo illatam vlciscendam exiret, & extra regnum bellum gerezet, tenentur ipsi vasalli ei auxilium afferre, ut dixit Isern. in loco supra relato, & in capit. i. §. sed non est alia iustior, in titul. quæ sit prima causa benefic. amitten. Et id tunc locum habet, cum eligit Rex, huiusmodi munus personale velle eligit. At si econtra illud in pecunia eligat: tunc vasalli feudi ratione illud præstare tenentur in pecunia, ut ait idem Andr. Isern. in titulo, quis dicitur dux. & in d. §. sed non est alia. & in capitul. i. §. similiter, in titulo de capitul. Conrad. & in dicta l. imperiale. §. firmiter. & in capit. licet. in titulo si de feudo fuer. controuer. inter domin. & agnat. & Bald. in l. prima. C. de oper. liber. Alias autem conclusiones, quibus vasallos pro Domino suo bellum gerente obligari ad auxilium ei præstandum firman Doctores, tradit Andreas de Isernia in dicto cap. i. in princ. in titul. quib. mod. feud. amitta. & alijs scribentes in capitul. sicut, & in d. cap. olim, supra relatis. Præterea alia etiam ad quæ vasalli tenentur prosequitur late Afflict. in deciso. 265. per totam.

C A P . V .

ARGUMENTVM.

Vasallus & recommendatus quid differant.

SUMMARIUM.

- 1 Vasalli, in quo differant ab illis, qui recomendantur vulgo appellantur, ut puta q. se alicui Principi commendant.
- 2 Iuramentum fidelitatis speciem quandam seruitutis importare videtur.

Verum, ut sciamus in quo differant à vasallis, tali, qui vulgo recommendati appellantur, & se ipsis alicui maiori Principi commendant ad hoc ut sub eorum clipeo defendantur, sciendum est, predictos qui recommendati dicuntur, vasallos non esse, sed liberos, ut declarat Bar. in l. non dubito. per illum tex. ff. de capt. & postlim. reuer. & in l. prima. C. de excusa. mune. lib. 10. cum multis concordantibus, ut dicit Socin. senior in cons. 74. in praesenti consultatione, col. 2. versi. præterea dictum castrum, volum. 1. & Socin. iun. in consil. 102. num. 3. 8. volum. 2. Ratio autem est, quia tamen fidelitatis iuriandum, quod dominis præstatur, species quædam seruitutis est, ut dicit gloss. 3. in l. si vñfructus legatus, ff. de vñfruct. vbi illam notat Bald. qui idem clarius dixit in capit. i. §. i. super ver. collocandam. in titulo si de feudo fuer. controuer. vbi etiam idem voluit Matth. Afflict. & rursus in l. libertas, in principio. ff. de statu homin. Illi vero, qui se alicui maiori Principi commendarunt, & recommendati vulgo appellantur, speciem seruitutis habere non dicuntur, ut ex iis quæ supra diximus manifeste appareat. Præterea quod iuriandum fidelitatis species quædam seruitutis sit, tradit idem Afflict. in dicta decisi. 304. numero 2. Et ideo inde infert, quod vbi vasallus ad iuriandum domino fidelitatem adstringitur, & eam iuravit, pro suo domino idoneus testis non est. Et ratio est, quia seruus pro domino testis esse non potest, l. eos. C. de testib. cum eis dominus imperare possit, ut habetur in l. idonei. ff. de testib. Si vero sit talis vasallus, qui domino fidelitatem iurare non tenet, cum feudum esse possit, & vasallum ad iuriandum fidelitatem non tenet, ut inquit gloss. in constitutione, si quando, sed ad seruitutem tantum: & hic idoneus testis est pro domino suo. sed de his videas Matth. Afflict. in d. deci. 304.

C A P . VI .

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Iuriandum fidelitatis licet præstetur aliis quam veris dominis, veris dominis præiudicium non infert.

Non est etiam omittendum tamen iuriandum fidelitatis aliis quam veris dominis præstitum, veris dominis præiudicium nullum referre, ut inquit Bellamera in deciso. 666. obedientia, & Abb. in c. inter quatuor, in fine, extra de maior. & obediens. & Neuzia. inter cons. Bruni, in consil. 12. numero 127. & refert Hippol. Riminal. senior in consilio 6. numero 64. volume primo.

C A P . VII .

ARGUMENTVM.

Iuramentum fidelitatis distinguit feudum ab Emphyteus. censu & aliis præstationibus annuis.

SUMMARIUM.

- 1 Iuriandum fidelitatis effectus primus est, ut feudu pro prius feudum dicatur, non emphyteus vel censu.
- 2 Iuramentum fidelitatis non exigunt censualis vel emphyteuticus contractus.
- 3 Annua præstatio feudi natura repugnat.

- 4 Feudum medium tenet inter emphyteusim, censum & feudum.
- 5 Fœmina succedunt in illis feudiis, pro quibus quid annuum præstatur.
- 6 Feudiis in omnibus etiam si dictum nō sit, vt iusurandum fidelitatis præstetur, contineri intelligitur.

Anotandum etiam est Meriochium in *conf. 65. num. 40. volum. i.* de effectibus iurisurandi fidelitatis loquentem, dicere, tale iusurandum in primis illum effectum producere, vt feudum proprium feudum dicatur: non autem emphyteusim vel censum, cum in tali censualibus vel emphyteuticis contractibus fidelitatis iusurandum non requiratur, vt inquit Bald. in *l. liberti. colum. fin. C. de oper. liber.* Secundus autem effectus est, vt ob illud vasallus ad seruitium personale, vt aiunt, teneatur. Quod sane seruitium cum mulieres, præterquam ille, quas supra recensuimus, præstare non possunt: nimirum si à feudi successione repelluntur. Prædictis tamen ibidem respondet Menochius, eam argumentationem non concludere, si concedamus fidelitatis iusurandum illum effectum inducere, quod nō dicitur proprio emphyteusis vel census: præterea quod consequi non videretur ex eo quod nec emphyteusis, nec census sit, feudu proprium sit, cum feudum improprium esse verius sit, cum ob illam tali conditionem annua præstationis à recta feudi natura recedat, vt ultra ea quæ ex Menochio diximus, dixit Thomas Marinus in *comment. feudo. in tit. 19. de feudo non habent. prop. natur. feud. numero 11.* & in *titulo 20. in tirulo de feudi. conditio. numero 9. post Camera. quem ipse refert.* Et ideo infert Menochius, 4 feudum tali conditionatum, medium inter emphyteusim & censem, seu feudum rectum obtinere: nam dicere emphyteusis, nec census est ob fidelitatis iusurandum quod eorum naturæ repugnat; Ergo nec etiam est feudu improprium, cum p feudo proprio annuus census non præstetur, sed seruitium personale, cum opus est, c. i. in *tit. quib. ex caus. feud. amitta.* & c. i. in *tit. bic finit. lex Conra.* & in aliam speciem recessit, non valet consequentia, vt dixit idem Thomas Marinus in *loco supra adducto in tit. 18. de feudo habent. propri. natu. feu. n. 7.* Et ideo dicit, quod cum sit feudum improprium, merito non impeditur fœmina succedere. & subdit falsum esse illud, quod asserit Alexan. in *conf. 9. n. 7. 8. & 9. vol. 5.* iuramentum fidelitatis efficere, vt feudum: præterea quod si id admitteremus, nullum unquam improprium feudu daretur, cum in feudiis omnibus tali etiam si nihil dictum sit de fidelitatis iuramento præstando, nihilominus semper subintelligitur, cum suapte natura feudo semper insit, vt inquit And. de Iser. in *d. c. i. §. sed nec est alia iusfior. n. 38. in tit. quæ fuit prima causa benef. amitten.* Immo eodem loco inquit Isernia pacto iusurandum fidelitatis remitti non posse, quod & post multos scribit Thomas Marinus in *d. commentarii feudorum. in tit. 16. de feudi. sine fidelita.* cum describit formam ipsius iuramenti puto remitti posse, fidelitatem autem non posse.

C A P . V III .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- Iuramentum fidelitatis est duplex.

Conuenire satis videtur cum prædictis illud, quod dixit Bald. in *conf. 32. 7. num. 7. vol. i.* dum inquit, tali duplex esse fidelitatis iusurandum: Vnum quod quis vti vasallus præstat & feudatarius seu subfeudatarius: Aliud vero tanquam subditus ratione originis & domicilij, & hoc proculdubio tenentur Marchiones & Comites præstare domino. Hęc autem duo iuramenta formam diuersam habent, nec eiusdem speciei sunt: Imo si recte animaduertatur, inter se valde differunt: quandoquidem qui iurat vt ciuius, licet per iurum incurrit, non desinit esse ciuius, nec iura ciuium amittit: Ille autem, qui vt vasallus iurat, feudum amittit, quod ad superiorem ea de causa saltem per sententiam reuertitur: Quandoquidem non dicit vasallum ipso iure feudum amittere, sed iuncta culpa, & ea etiam per sententiam pronunciata ac relata. hęc namque feudorum natura est. De his duobus iuramentis tradit Bald. in *capitul. vnico, column. 10. in titulo, qualit. vasall. debeat iur. fidelit. domi. cogitandum tamen de hoc diligenterius est.*

C A P . IX .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- Iuramentum fidelitatis cum fama domini desinit, & cum eadem fama restituitur.

Iuramentum tali præterea fidelitatis sicut cum fama domini desinit, ita etiam cum eadem restituitur, vt inquit Bald. in *l. summa rerum, numero 25. ff. de rer. diuiso.* dicitur autem cum fama domini desinere, cum dominus excommunicatur: & pariter cum fama restituitur, cap. domino guerram. in *titulo hic finit. lex Conradi.* & in *cap. nulla, in gloss. fin. col. 10. in tit. per quos fiat inuestit.*

C A P . X .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- Iusurandum fidelitatis, an præstari debeat.

Addi etiam prædictis potest, quæ dicta sunt in *l. vnica. §. ne autem. num. 22. C. de Caducis tollend.* tali an iuramentum fidelitatis præstandum sit: & inquit præstandum esse.

C A P . XI .

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M .

- Iusurandum fidelitatis si præstetur alieui tanquam domino, si ille in dominum non recipiat, tale iusurandum obseruari non debet, nec etiam si à principio effet, & deinde deponatur.

Dixit etiam Abbas in *c. venerabilem, num. 2. extra de electio.* quod tali si iusurandum alicui vti tali præstetur, vt puta tanquam Imperatori, vel Domino suo, a quo feudum accepit: ipsis reprobatis vel ab imperio aut iurisdictione illa exclusis, tale fidelitatis iusurandum præstandum nō est. Et ibidem *num. 17.* inquit, ex calce illius c. notandum esse, quod Duces & alij Principes, dum præstant Imperatori iusurandum fidelitatis & obedientię, tale iusurandum ex quo ratione dignitatis præstatur, illis nō admissis vel deinde de politis ab ea dignitate

non ligare: & ratio est, quia depositus mortuus cestetur. eccl. 16. quest. 1. in glos. fin. iuncto tex. vbi etiam traditur, quod iurans Regi obedire vel alteri Principi eo in regno vel principatu persistente intelligendum est, & ideo quod tale iusurandum eo ex-claso & repulso ac priuato, non liget, mirum non est. Et ideo dixit Corn. in conf. 16. nu. 18. vol. 1. iuramentum fidelitatis cessare ac suspendi, cum Dominus est bannitus ab Imperatore vel Rege, & multo magis si summus Pontifex in subditis Ecclesiae.

C A P. XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum fidelitatis semel praestitum, an iterum praestari debeat.*

Quærunt præterea Doct. † an iuramentum fidelitatis iterum præstandum sit, quando veteri inuestitura vel antiqua recognitione & promissione absque fidelitatis iuramento ipsa fidelitas promissa sit, & iuratū, an tunc successores ipsius eo ita dato successori iusurandum præstare iterum teneantur? Et videtur tex. in c. veritas, extra de iure iurant. & est glos. in c. ego, extra eod. tit. & ita voluerunt Iacob. de Beluisio, & Bal. in d. c. 1. in tit. que sit prima causa benefic. amitten. & ibi declarat Matth. Afflict. in 1. colum. vers. adde aliam limitationem. & Ias. in consil. 159. super facto, colum. 3. in fin. volum. 4. vbi ad hoc allegat Alexan. in consil. 79. circa primum, colum. pen. volum. 1. Qui & illud addit & vult, vt idem sit si de successoribus domini mentio facta non sit, dummodo tamen iusurandum dignitati præstitum sit. Quando igitur primis dominis præstitum non est, vt successoribus præstetur necesse non est, vt tradit Socin. iunior in consil. 115. num. 20. vol. 2.

C A P. XXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iurans esse alicui fidem contra omnem hominem, intelligitur etiam iurare fidelitatem contra vniuersitatem, & villas & castra.*

Addendum etiam prædictis est, quatenus pertinet ad fidelitatis iusurandum, † quod si quispiam alicui Domino fidelitatem contra omnes homines iure iurando promiserit, intelligatur etiam ei contra vniuersitatem promisisse, vt est text. in l. metum. ff. quod met. causa. Et ratio est, quia sublata significatione personæ appellatione vniuersitas comprehēditur, vt videtur etiam tenere Ioan. Andreas, quem sequuntur alij Doct. in cap. cum illis. §. 1. de præbēn. in 6. Pariter etiam castra & villæ potius rei priuatae accedunt quam rei publicæ, & præsertim proprie sumpto vocabulo, prout notant etiam gl. & Iacob. de Beluisio in Authent. de hered. & falcid. in princ. Et ideo priuatarum personarum appellatione comprehendendi possunt.

C A P. XIV.

A R G V M E N T V M.

De iuramento assecurationis.

S V M M A R I A.

- 1 *Iuramentum assecurationis, quando fit & dicatur.*
- 2 *Iuramentum assecurationis dicitur illud, quod præstatur domino à suo familiari.*
- 3 *Census annui solutio vero feudo non conuenit.*

Licet supra dictum sit de feudo improppio: omissendum etiam non est, † quod vbi cunq; ille, cui feudum conceditur est familiaris & subditus Principis concedentis, iuramentum illud quod præstatur, de eo quod à vasallo præstatur intelligendum non esse: sed de eo quod domino familiaris, & subditus præstat, quod dicitur † iuramentum assecurationis. cap. 1. & ibi notatur, in tit. quali. vasall. iura. debe. Et ideo de huiusmodi iuramento in hoc casu intelligendum est, & præsertim ad solutionem † annui census, quæ feudo non conuenit, prout in specie tradit Socin. senior in consilio 257. columna 3. & Ruin. in d. consilio 42. numero 7. & Rub. Alexand. in consilio 11. numero 6.

C A P. XV.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum fidelitatis an contra Imperatorem operetur & an absens inuestiri possit.

S V M M A R I A.

- 1 *Iuramentum fidelitatis præstitum à vasallo domino contra quemicunq; hominem, Imperatorem non comprehendit.*
- 2 *Iuramentum præstitum à feudatariis Pontifici non extenditur aduersus procuratorem.*
- 3 *Tex. in c. 1. in tit. de noua forma fidelitatis, declaratur.*
- 4 *Feudatarij. in quibus casibus sine iuramento eneantur.*
- 5 *Inuestitura facta absente parte, de iure canonico valet.*
- 6 *Stipulari alter pro altero potest de iure canonico.*
- 7 *Princeps potest suam conuentionem reuocare, nec dicatur alicui iniuriam facere, sicut potest reuocare statutum vel rescriptum.*
- 8 *Princeps non potest reuocare contractum, in quo reciprocum factum reuocare non potest.*

Iusurandum † præterea à vasallo Domino de fidelitate seruanda contra quemicunq; hominem præstitum, Imperatorem non comprehendit, & ideo domino suo & Pontifici fidelitatē in eo exercere non tenetur, vt inquit Gratian. in consilio 1. numero 23. volum. 1. cum illud contra Imperatorem tendat, & latius ipse ibidem prosecutur, & de hoc est text. in cap. 1. in titulo de noua forma fidelit. & ideo inquit, vt domino suo & Pontifici denunciet, opus non esse, cum id omne contra Imperatorem conuertatur, & in eius damnam vertat. Et ideo Gratian. ibidem numero 70. inquit, † quod iuramentum præstitum à feudatariis Pontifici, non extenditur aduersus Imperatorem, per textum in dicto capitul. 1. in titulo de noua forma fidelit. propterea quod ille † text. non loquitur, quando Imperator est illius Domini feudatarius, cui iusurandum præstitit etiam in illa re, quam Imperator iuranti alias concesserat: id quod procedit etiam si delictis maximis agatur vel ecclesiæ statu ac clericorum, scandalove evitando: † Quibus casibus, & quolibet eorum non solum vi iuramenti tenentur feudatarij, sed etiam absque iuramento de iure tam ciuili quam

quam canonico atq; naturę aduersus eos, pro quibus iuriurandum præstiteiunt, operari tenentur. & ideo à fortiori arguendo multo magis pro illis, pro quibus iurant agere debent, etiam si sit Imperator, cum ipse fateatur. *I.digna vox, & l.Princeps ff.de legib. velle secundum leges viuere.* & præsertim cum lege naturę & conscientię inuitus ligetur, ut plene habetur in *l.in prin.de pact.* & in *cap.1.extra de probatio.* Et ideo in his casibus persona Imperatoris à iuramento excepta non intelligitur, cum de his casibus expresse non loquatur. Nec refert quod simpliciter loquatur text. in *d.c.* propterea quod de casu habili intelligitur, qui delictum vel absurdum non continet. *l prima. §.nunciatio. ff.de noui.oper.nuncia.* & *l. vt gradatim. ff.de muner. & honorib. cum similib.* Accedat etiam quod illa est interpretatio & subauditio legis, quæ nō fit, nisi in casu permislo & licito: & ideo conditio, quæ subauditur à lege scilicet, si decelerit sine filiis, de illis intelligitur, qui iuxta testatoris dignitatem sunt probabiles ad succéndendum, vt distinguitur in *l.ex facto. §. si quis rogatus. ff.ad Senatus-consult. Trebellia* & in *l.generaliter. C.de insitu. & sub-stitutio.* Et ideo verisimile esse nō potest, personam Imperatoris, in casibus à iure naturę & ciali prohibitis excipere voluisse. Præterea esto quod excepta esset Imperatoris persona: id tamen nihil esset, cum licet vi præstiri iuriurandi Pötifici teneatur, cum ab eo excipitur Imperator: omniū tamen iure tenetur, non obstante iure iurando, ut latius ibidem *Gratus prosequitur. id quod notat Afflict in titul. quid sit inuestitu. in princ. in 6. notabili p̄e alligato,* vt dixit Ias. in *l.stipulatio. §. alteri. ff.de verbor. obliga.* Et facit illud, quod in terminis notat in tit. quæ sit inuestit. in princ. in 6. allegando text. in *d.capit. quoties cordis oculus. fir- mat* & inuestituram factam absente parte de iure canonico valere. Nam contrarium verius est, vt scilicet etiam de iure canonico alteri per alterum stipulari non possit, vt late hanc opinionem prosequitur Ias. in *d. §. alteri. in vers. quinto limita.* & Felyn. in *proœm. Gregoriano.* vbi concordantes allegat, & in fortioribus terminis loquitur: & est communis opinio, secundum Alciat. in *cap. cum contingat. num. 229. extra de iure patron.* Quia vt verba inuestituræ ostendunt, promissionem factam fuisse absente domino nullo alio ipsius nomine interueniente, nec pro eo acceptante. & pro his facit gloss. in *l.stipulatio. §. si quis in- sulam.* vbi tradit etiam Angel. ff.de verbor. oblig. cum notatis per Felyn. in *proœm. vbi supra.* Et tradit etiam Ias. in *consil. 56. circa. per totum. volum. 1.* qui loquitur in casu dubitibili, & inquit non obstatre quod illud edictum generale in contractum transuerit, cum ipsius subditis & omnibus quorum interest propter stipulationem publicæ personæ in ea contentam, & contractus factus à Principe reuocari non possit. *capit. 1. & ibi tradit Bald. in tit. de natura feudo.* prout etiam retocari non potest contractus in *tus à priuato. l. in cōmodato. §. sicut. ff. mandati, & l. sicut. C. de actio. & obligatio.* Nam ad hoc respondet Bald. post Nicolaum de Mutina in *l. qui se patris, versic.* & scias quod licet renunciatio. *C. unde liberi.* vbi expresse voluit Bald. Principem & suam conuentionem reuocate posse, nec ex eo aetu aliqui iniuriam inferre dici posse, prout etiam statutum vel rescriptum reuocare potest: id quod tunc verum est, nisi prætextu talis concessionis concedens aliquid ab eo, cui concedit, perceperit: ut puta donationem vel

factum aliquod, vel adimplementum: In eo nāmque casu Princeps & contractum illum ob reciprocum factum reuocare non potest. Vbi igitur nullum factum, nulla datio, nullumve implementum interuenerit, talis contractus mera voluntaria dispositio censemur, quæ ex sola Principis voluntate sine alia causa tolli & auferri potest, & ei ab ipso Principe derogari.

C A P. XVI.

A R G U M E N T V M.

Clericus habens feudum an & quatenus sit domino temporali subiectus.

S V M M A R I A.

- 1 Clerici bona possidentes, in terris imperatoris vel Regis, an dicantur esse illorum iurisdictionis vel eius subiecti.
- 2 Clerici iurisdictionis domini temporalis esse non possunt.
- 3 Dominus temporalis non habet ullo modo iurisdictionem in episcopum, nisi feudum ab eo habeat.
- 4 Iurisdictione episcopi & clericorum distincta est à iurisdictione Domini temporalis.

P Rædicta non leuem occasionem præbent, vt queramus, an si clericus & domos, vineas & predia in Regno alicuius Regis, vel Imperatoris libera possideat, nec probetur ei à dictis Rege, vel Imperatore, aliove Principe seculari in feudū data fuisse: dicantur esse in Regis, Imperatoris, vel alterius cuiuslibet Principis secularis iurisdictione: Licet arguendo à tex. in *c. omnes basilica. 16. q. 1.* quod in iurisdictione ipsorum sint, dicendū videatur: attamen contrarium satis copiose antea dixerat Hostiensis in *c. nimis, & in c. in iurisdictione, & in c. solita.* dum voluerunt in aliis quam in feudalibus Regem, vel Imperatorem, vel Dominum nō appellari, & clericos & de iurisdictione Dominorū temporalium etiam si expresse velint, esse non possint, vt habetur in *d. c. si diligenti, extra de foro competen.* & ideo tam expressum quam tacitum non valcat. Secundo etiam, quando non tenet in eorum terris. *l. 2. C. soluto matrimon.* Et ideo concludunt Doctores clericos in iurisdictione sui episcopi esse: Quinimo episcopos ipsos in dominos temporales ipsorum locorum iurisdictionem spiritualem habere, & ideo saltem si peccarent episcopo subesse, argumento *c. nimis. extra de iud.* Dominus enim temporalis & in episcopum nullo modo iurisdictionem habet, nisi feudatarius sit, & ab eo in feudū aliquid receperit, vt habetur in *d.c. nimis, & in d.c. solita.* & ideo multo magis dicendum videtur, vt ipse Dominus temporalis episcopo quam econtra iurare & teneat: vel saltem, vt alter alteri iurare debeat, dicendum est, argumento *l.eius, qui in provinciā. ff. si cert. pe- rat. & l.dam. §. si viuinas. ff. de dam. infect.* cum episcopis, vel clericus sub iurisdictione domini temporalis esse non possint. Distincta enim est iurisdictione inter eos: & ideo clericus, qui est in eo loco, vbi dominus iurisdictionem habet, sub eius iurisdictione non est, quod tamen exigit *c. illud.* Vnde inferendo ad casum nostrum, vt ille qui est in possessione non possideat. *l. si quis ante. ff. de acquirēn. posse. di- cendum est.*

C A P.

C A P . X V I I .

A R G V M E N T V M .

Subditus, alibi litigando, nō prae*judicat* iurisdictioni domini.

S V M M A R I A .

- 1 Subditus in pra*judicium iurisdictionis superiorum*, non potest alibi mutando forum litigare.
- 2 Iuramento fidelitatis alteri adstrictus non potest iurisdictionem sine licentia domini, cui est iure*iuendendo* astrictus, prorogare.

Accedat prae*dicitis* illud, quod dixit Iac de Beluisio in repet. c Romana. §. contrahentes, num. 103. de foro & compet. in 6. cum vult autoritate Bald. in pra*judicium* iurisdictionis superiorum subditum alibi litigare non posse, vt voluit iterum Bald. in tit. de prohib. feud. alien per Federi. §. ius. & facit illud, quod notat Bart. in l. i. §. & post operis ff. de oper. noui nunc. Et iterum Bald. in l. decernimus. C. de sacros. eccl. & dixit neminem iuramento fidelitatis alteri adstrictum, posse alterius iurisdictionem sine licentia sui domini, cui est iure*iuendendo* astrictus prorogare, per ea quæ voluit glos. ordinaria in §. præterea, in tit. de prohib. feud. alien. super verbo, duos. quæ incipit, qui alias sunt. & facit etiam illud, quod notat, in l. si appellatio. rem. C. de appellat. & notat cyn. & Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Et subdit id repugnare curia Montis pess. & aliis curiis priuilegiatis, & non priuilegiatis: Quibus subdit non ita indistincte se obligare possunt, nec in eas executiones facere, sicut communiter fit. Inferior enim legem superioris tollere, vel ei præ*judicare* non potest, vt habetur in clem. ne Romani, de electio. & l. ille à quo. §. tempestuum. ff. ad Trebell. Sed quicquid sit, subdit ibidem Iacob. de iure, contrarium obseruare consu. tuinam, vt ibidem supra dixit in 2. oppos. nu. 93. Et est valde subditis expediens ita seruari, propterea quod alteri cre litores suas pecunias nō soluerent; nisi huiusmodi obligationes facerent, & executiones ita perficerent & fierent, & sic patet ita fieri posse prorogationem.

C A P . X V I I I .

Argumentum est in Summariio.

S V M M A R I V M .

- 1 Iuramentum fidelitatis prestans pro re mobili, an ad eam fiduciam obligetur.

Quæri non minus stantibus præ*dicitis* potest; an ille, qui iuriandum fiduciam fidelitatis præ*stabilit* pro re mobili, illius fidelitatis gratia obligetur? Et primo loco quod non obligetur, dicendum videtur. & ratio est, quia naturæ contractus repugnare nō dicitur, & quod plus est, causam de iure impossibilem contineat, ac etiam super contractu a iure prohibito & reprobato præ*stata* sit, vt est tex. in l. non dubium. C. de legib. & ita concludit Isern. in c. i. in princ. in tit. si vasallus de feud. ab ali. fuer. interp. col. 2. vbi glos. attingit, licet nihil decidat, vbi sequuntur etiam Alurottus in 3. colu. & Cardin. Alexan. circa medium, 2. colu. Claudius tamen Seifelius in suo speculo feudo. in titul. quæ res in feud. dari poss. pag. 342. vers. tamen aduentum est, inquit præ*dicita* non procedere, propter ea quod ille qui iuramentum fidelitatis præ*stitit*

pro re mobili, ad huiusmodi fidelitatem obligari præ*sumitur*: quod tamen falsum existimatur, propter quod licet hic actus vt feudum non subsistat, subsistit tamen vt contractus innominatus, vt notauit Bald. in l. i. col. 2. C. de fructib. & lit. expens. Et facit optime illud, quod notat Bart. in l. i. §. si quis ita ff. de verb. oblig. in illo broccardo, An si non valet illud quod ago, vt ago, valeat vt valere potest. propter quod ibi ait, quod si est defectus in materia, semper valeat vt valere potest, & in hoc cum Bartol. transeunt communiter Doct. vt refert eodem in loco ipse Claudius se ad ea, quæ aliis in locis supra relatis dixit.

C A P . X I X .

A R G V M E N T V M .

Iuramentum fidelitatis an sit directum.

S V M M A R I A .

- 1 Iurandum fidelitatis est individuum & ideo præ*statum* ab uno ex confeudatariis prodest etiam alteri.
- 2 Restitutio ratione minoris, & sic priuilegiati, datur maiori ratione communionis.

P Rosequendo vt præmisimus questiones ad præcedentia satis proxime facientes, de eo etiam quærendum est vt inquit Cassa. in conf. 66. num. 66. an iuriandum fidelitatis individuum sit: & ideo præ*statum* ab uno ex confeudatariis alteri prodest: & ideo illud beneficium, quod continet vt Princeps prætensionem prætensam contra eum reuocare possit, & nullam declarare ob suam ignorantiam, cum clarum sit quod ad hoc vt præscriptio contra Principem curiat, ipsius scientia requiratur ratione communionis ac connexitatis, idem sit & efficiat in condomino, qui fortasse cum Principe ius habet forte in dimidio & quod etiam condomino prodest, dicendum arbitratur: & ratio est, quia restitutio & quæminoris causa conceditur & sic priuilegiati etiam maiori conceditur ex causa communionis: Nam dubium nō est, quin si detur minori ratione communionis, maiori quoque prodest, vt dixit Iacob. de sancto Georgio in l. ne si maior. C. si in commun. eademque causa refit in integr. postule. Et præsertim in hoc casu, in quo Princeps testi*tui* non potest, quin etiam qui rem feudalem communem habet cum eo restituatur: cum sit quæstio de iuramento fidelitatis, quod unicuique in solidum debetur, & est individuum, vt dixit Bald. in cap. 1. §. i. colum. 3. in tit. de controu. inuestit. Vnde vt iuriandum sit integrum: nec pro dimidio auferatur, & in alia parte subsistat, restitutio*nem* Principe*s* seu eius (vt ipse ait) revelationem alteri condomino prodest arbitratur, si cum eo rem communem habeat, per prædicta:

C A P . X X .

A R G V M E N T V M .

Laicus vasallus Ecclesiæ, an domino Loci bonorum iurare debeat.

S V M M A R I A .

- 1 Iurare fidelitatem non tenetur ecclesia vel clericus. v. bicungo alio titulo non feudatario bona ad Ecclesiæ non peruererunt.

- 2 *Laicus cui Ecclesia in feudum bona concedit, iurare tenetur fidelitatem domino illius territorij, in quo bona concessa existunt.*
- 3 *Par in parem, imperium non habet.*
- 4 *Feuda sunt ex voluntate in diuersis locis.*
- 5 *Vassalus quis esse potest duorum, vel plurium.*
- 6 *Onera patrimonialia in diuersis locis subit, qui in diuersis locis bona habet.*
- 7 *Iurare Rex non tenetur, si in eum bona propria alicuius eius subdit perueniant ad bonorum confiscationem, vel alia de causa ipse domino loci vbi sunt sita bona, iurare vti tenebatur primus dominus. non tenetur.*
- 8 *Rex vel Princeps si donat Seio vel ecclesia libere, prout sunt apud eum libere, sublata iurandi seruitute, nisi innominatum exprimatur, quod deinde Titio iurare debeat, iurare non tenetur: secus si Seius vel ecclesia concederet Sempronio ex quocunq; contratu rem ipsam in emphyteusim.*
- 9 *Conditionem à persona res sumit, non persona à re.*
- 10 *Iure uno quod est apud me, si transferam in aliud, erit apud eum alio iure.*
- 11 *Inutile apud eum qui in aliud transfert, potest esse vtile apud eum, in quem transfert.*

Quarto etiam Isernia in c.i.num.8.in tit.quali.vasall.iura.debe.fideli. an vbi nō datione † & concessionē in feudum, sed alio acquisitionis titulo ad ecclesiam aliquid peruenit: ecclesia vel clericus ea tenens non iurat, & alicui laico concedat ecclesia quocunq; titulo † laicus tanquam tenens iurare debeat domino illius loci, sub cuius iurisdictione sunt, etiam ad cōtractus & delicta, prout etiam ibi dem attinet Isern.nu.5. vers.additio. vbi late proficitur illam dubitationem, An si in Castro Titio Baroni, alius Baro in eius Castro teneat bona feudalia & vasallos, an debeat ipsi Titio Baroni fidelitatis iusurandū præstare, cum bona in eius Castro vel iurisdictione, teneat. & inquit in hac quæstione G. dicere eum nō teneri, vt apparet contineri in antiquis registri Imperatoris Federici, mandatis afflcurari Baronem de ter feuda sua ab omnibus ipsius terræ feudalibus, exceptis illis qui essent vasalli alterius Baronis pro eius feudo, quod tenet. Ratio autē est, quia ex quo bona quæ tenet, sunt alterius feudi, & ille in cuius feudo sunt, iurisdictionem habet: † Par namque in parem, imperium non habet l.nam magistratus ff.de arbit. & l.ille a quo. §.tempstiuum ff. ad Senatusconf.Trebel. Potest namq; Rex feudū constitueris, vti vult feendum cōstituere pluribus in locis: cum id destinatione † voluntatis domini fiat, vnde de fundis dicitur in l.quod in rerum natura ff.de leg. 1.l.si is, qui duas. §.i. ff.de seru. rust. præd Id autem verum est, nisi in eo castro alia bona possideat, propterea quod si alia bona ibi possideret, sine dubio iurare deberet: † quandoquidem potest quis duorum ac etiam plurimum vasallus esse, prout & seruus. l.si seruus plurium ff.de leg. 2.† & bona diuersis in locis habere, & ideo utrobique onera patrimonialia subire debet. l scripto. §.fin. ff.de mane. & hono. de quo tractatum est in tit quæ sint regalia. Præter ali si ex domo regia aliquis rem aliquam in castro T. tij teneat liberam, non autem feudalem: vt puta si exempli gratia acciderit, vt aliquis alicuius castri crimen læsa maiestatis committerit: & ideo bona, vt dicunt, Burgensia. i. p. p. prius, quæ in eo castro habet, in fiscū peruerenter ob clausulam formæ cōmunis priuile-

giorum, quæ referuat Principi ea, quæ ei competūt, vt maiori domino, de quo dictum est in l.2. & 5.in tit. de pace tenenda: Nam licet ante prædictū delictum ille, † qui tenet talia bona, vt aiunt, Burgensatica: vti ea bona ipsi Baroni, in cuius territorio bona habet, iurare teneatur. ex quo tamen in Regem peruererunt, prædicta, vel alia de causa Rex iurare nō tenetur, arg.l.interest. ff.de oper.libert. Vnde si deinde † Rex ea bona alicui donet vel ecclesiæ, ea bona libera, prout apud eum sunt, donare intelligitur, & ex consequenti sine iurandi obligatione: si id nominatim exprimatur, vt scilicet Titio vel alteri domino, in cuius territorio bona sunt iure, argum.l.si quis hære. ff.de seru. vrb. præd. Si vero Seius vel Ecclesia alteri concedat quoquis cōtractus rem ipsam in emphyteusim precarium libellum, vel cœualem Sempronius, vel quilibet alius bona ipsa possidens prædicto domino loci, vbi sunt sita bona, iusurandum (vt aiunt) assecrationis præstabit, ob id quælla res de feudo Seii non est, vel ecclesiæ tenentis, & ideo si aliter res sese habet, vt supra dicitur. Ratio autē est, quia Seius, vel ecclesia tener à regali munificencia, Sempronius vero non, & quilibet alius successore habens: Quinimo si ab ipso successore in iure, vel ecclesia in aliū transferantur res, definit esse regalis munificencie, cum talis rei mutatione mutetur etiam rei conditio. l.Paulus. ff.de acquir.hær. & l.fin.C. de inf. testam. Res † cōditionē sumit à persona, non autem persona à re. l.i. in fin. C.de impon. descrip. lib. 10. & argumento. l.sed si plures. §.i ff.de vulg. & pupilla. ibi in terra hereditati est, &c. Secus vero est in Ecclesia, vel alio ab ipso Princeps recipiente: Nā tunc persona, quæ recipit & dat sic illa eadem præcipuum fauorem meruit, argumento. l.ex pluribus. ff.de admin. tuto. & l.interdū. ff.de condit. indeb. Postquā vero Seius vele ecclesia dant alij, eadē ratio non est, nec eundem fauorem habere dicuntur, vti est cum Rex vel Princeps dat argumento. l.i. C.de bonis vasal.lib.10. Nec sane mirum est, † quia illud quod apud me uno iure est, si in aliud transferam, apud eum in quæ transfero non eodem iure sed alio erit, vt exempli gratia habetur in l.Nesennius. ff.de re iudic. & in l. qui id quod. §.fina. ff.de dona. & in l. si quis delegauerit. ff.de nouatio. Econtra vero inutile † apud me, fiet vtile apud eum in quem transfero. l. fin. princip. C. de iure dot. & ibi gloss. in verbo, contra quod dicitur de ecclesia. quandoquidem si ille qui à Rege habet, eodem iure & modo tenet quo & ipse Rex tenebat, ita vt ipse in aliud transferat dicendum videretur, & ideo in Regno Siciliæ habetur, vt de bonis regiis cognoscat magna curia, vti de feudis quaternatis, ita de ecclesia dicendum est, vt tenens ab ecclesia, eodem iure & modo teneatur quo tenebatur ipsa ecclesia. Ratio autem est, quia ius publicum & ius dominij æquiparantur. l. vt inter diuinum. C.de sacrosanctæ eccles. At non in omnibus & per omnia, quādo autem in feudum à Princeps aliquid datur, nobilitatis conditionis est: ipsa namq; in feudum datio nobilitatur ob id quod paragium inducit, vt habetur in titul. Quis dicitur arc. cum. in fin. Et ideo dicitur quod si ille, qui in feudum recepit, vel Ecclesia cui datum est à Rege in feddū, alij in feudum det: eodem iure, lege & cōditione datū intelligitur quo habebant, vt habetur in §. præterea, in tit. decap. Conrad. & in § profecto, & in l. imperalem. §.i. codem titul. Et si in Regno Siciliæ ab eis in feudum reci-

recipiens non iuret Domino, prout nec ipsi dantes iurent: quandoquidem videtur Princeps donans permettere, prout ius scriptum permittit, ut in feudum dare possint, ut puta quod in ipsa in feudum datione tacite inesse videatur. *l. si cui ff. de seruit.* Et ideo pro expresso haberi debeat: *l. cum quid ff. si cert. pet.* Nam Princeps, qui rei sua eam legem, quam vult, imponere potest, ita feudum quod ipse habet, nobile reddat & transferat, ac etiam conditionem rei in feudum datę nobiliorem reddat, siue feudum apud eum remaneat, cui Princeps ante concessit, siue ipse donatarius in alterum transferat: nam si idem est, quando Rex donavit bona burvensatica, id est libera & libere alicui, ut puta Seio vel Ecclesie, & dixit Rex, ut in feudum dare possint: idem est ac si in feudū daret, ex quo eius voluntate fit, ut habetur in tit. si de feud. non habentibus prop. feud. na. in capit. l. in tit. si de feudo controvers. fuer. in c. feendum. Eadem lege videtur in eum conferre, qui non teneatur iurare, ut supra dicitur, & ad illud tempus reduci infeudationem, multo magis videtur id ex facto Principis vel Regis, qui eo modo donavit, induci, argumento. *l. de accessionibus in f. ff. de diuers. & tempor. prescrip.* At secus si postquam Rex donavit libere alicui, ut puta Seio vel ecclesie, ipse Seius vel Ecclesia alteri in feudum dederit, vel Regis voluntas postea accelererit, non eo modo quo Rex libere dederit, & sint tales qui in feudum dare possint, de quib. habetur in rub. l. & habetur etiam in c. 1. in tit. de controuer. feud. apud partes termin. Illud enim, quod suum est, potest quilibet in feudum, vel alium quemlibet contractū dare. Illud autem qd alterius est, vel alterius nomine tenetur, aut iurisdictione. Illius, in cuius iurisdictione est, fieri non potest, argumento. *l. fina. in fin. C. de pact. & in c. secundo, extra de relig. domib.* Verum ille in cuius iurisdictione est, illud ius habet, ut mutato eo qui tenet regali munificentia ei iuret, ut supra dictum est & hoc priuatorum pacto mutari non potest. *l. quidam decedens. ff. de admin. tut. & l. cerdone. § priuatis ff. de oper. libert.* Intelligitur autem omnis praeter illum qui ius habet, cuius voluntas, ut concurrat necesse est. *l. in concedendo. ff. de aqua pluvia ar- & l. non ita ff. de adopt.* cuius sane iuri Principem suo rescripto praividicare nolle credendum est. *l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco pub. & l. nec auus. C. de emanac.* Quandoquidem ipse Princeps infeudationem, ut aiunt, confirmando iuri suo tantum non alieno praejudicat, & ideo dicitur quod ille qui habet feudum alteri dat communi iure, ut dictum est. Et ideo non obstat rex. *in l. lege obuenire. ff. de verb. sig. per ea quæ dicta sunt in rub. tertia. qui succed. tenea.* Ad illud autem iusurandum quando non ob in feudum dationem, sed alio acquisitionis titul. ad ecclesiam peruenit, quod ecclesia vel clericus ea tenens non teneatur iurare: ad illud animaduertendum est, quod licet ecclesia vel clericus tenens iurare non teneatur, attamen si laico cōcedat ecclesia vel alias cui antea à Rege vel Imperatore concessum fuit quocunq; tit. ille cui concessum est domino illius loci vel iurisdictionis in quibus bona sunt, iurare tenetur etiam quo ad contractus, & delicta. Nec idiuri ecclesiæ praejudicante intelligitur quo ad ea quæ huiusmodi tenenti debentur, propterea quod & laicus emphyteuta Ecclesiæ à qua accepit collectionem solvere tenetur etiam quod si ipsa ecclesia teneret solvere collectam non compelleretur, ut in-

quit *And. de Ifern. in tit. que sint regal.* Hoc igitur ultimum iusurandum domino loci clerici præstare tenentur, cum in terra domini, & eius iurisdictione habitent, & bona habeant non autem in feudum. Nam tunc pro feudalibus etiam episcopi teneantur. c. nimis, extra de iure iurand. cum autem dicimus clericum temporalia à Domino tenere, intelligitur de feudo ut inquit Hostien. in cap. solita, extra de maio. & obedien. & in d. c. nimis. Et ideo cum id mutatum non videatur ut subsistat dicendum est. *l. sanctimus. C. de testamen. argumento eorum quæ dicit gloss. in c. petitio: quod conspirationem, vel aliud contra statum principis non clerici procurare non dicuntur.* Id autem verum est si iurent voluntarie at si iuramentum extorqueatur ad hoc reducetur: Propterea qd in casu etiam sine iuramento teneantur ad haec ex ipsa honestate, licet iurare non teneantur, nisi feudalia habeant, ut habetur in d. c. nimis. Quod sane de omni iure iurando à clericis non præstante inquit, feudum si non habet, merito id non mutare, propterea quod etiam episcopi Imperatori fidelitatem iurant, ut ait gl. in c. fi. 22. q. vlt. Id igitur si temporalia habet ab eo feudalia. d. c. nimis, & c. solita. & id innuit verbum, fidelitatem, quam vasalli tantum iurant ob feudum, ut habetur in d. cap. 1. in titul. qualit. vasal. iura. debe. fidelit. iuramentum autem bona tenentis non dicitur fidelitatis, quia vasallus non est, etiam quod fidelitatem iuret, ut habetur in c. 2. in tit. qualit. vasal. iura. debe. fidelit. Etiam clericus, si teneat domos, vineas & arua in regno vel iurisdictione alicuius libere, & si non sint in Regis, vel alterius iurisdictione, & si contra argui posse videatur, in d. c. omnes basilice, 16. q. 1. prout late dixit Host. in d. c. nimis, & de iurisdictione in d. c. solita, dū vult, ut in aliis quam in feudalibus Rex vel Imperator non dicantur, & clerici de iurisdictione Domini temporalis, etiam si expresse velint, esse non possunt, ut habetur in d. c. si diligenti, extra de foro cōpeten. Vnde si expessum non subsistit, multo magis nec tacitum subsistere potest, cum in eorum terra tenere non dicantur, argumento. *l. 2. C. soluto matri.* Sunt ergo clerici in iurisdictione sui episcopi, & præfertim (ut supra diximus) episcopi qui spiritualem in dominum tempore loci sue dictis iurisdictionem habeat. Dominus igitur temporalis nullam in episcopum, nisi habeat ab eo feudum, iurisdictionem habet, ut habetur in d. c. nimis. & c. solita. Et ideo videtur ut potius dominus Episcopo, quam econtra iurare debeat, vel ut supra diximus, alter alteri, argumento *l. eius, qui in prouincia ff. si cer. peta. & l. damni. §. si vicinas ff. de dam. infet.* Sed episcopus vel clericus sub iurisdictione Domini temporalis, quia inter eos iurisdictione distincta est, & satis una differt ab alia: Ergo. & late tradit Afflct. in d. l. t. per totum, in tit. qualit. vasal. iura. debe. fidelita.

C A P. XXI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum fidelitatis extinguitur cum persona iurantis, aut eius cui iuratur.

S V M M A R I A.

1. *Iusurandum fidelitatis patrum, an in filium etiam de- iur, & quando & quomodo.*

2. *Iuramentum ad heredem, an transeat.*

3. *Accusationes criminales non dantur in heredes.*

Quæsiuit etiam Affl. in d.c. i. in tit. qualit. v. 4 sal. iura. debe fidel. nu. 2. An fidelitatis iusurandum t̄ à patre præstitum ad filium transeat. Qua de re loquens Bald. in l. liberos. C. de patri. qui fili. distraxe. ad filios nullo modo transfire, & ex consequenti licet patri iuretur filios non ligat, id quod duobus modis intelligi potest, videlicet filiorum domini & yafalli, & ideo inquit Bald. in l. liberos. C. de patrib. qui distraxe. regulariter non transfire. Et ratio est, quia iuramentum est vinculum spirituale, & ideo iurantem tantum adstringit, & ideo ad hæredes t̄ non transit, vt inquit Innoc. in c. veritatis, extra de iureiur. Et ideo pariter etiam est personale respectu eius, cui iuratur, propterea quod quo ad criminalitatem etiam in hæredem eius, cui iuratum fuit, nō transit.

3 t̄ Criminales namq; accusations ex publicis iudiciis hæredibus non dantur, vt habetur in l. i. C. ne ex dolo defunc. vt inquit etiam Andreas in confit. Regni, eos qui scienter. Hæc autem regula aliquibus modis limitatur, & primo, quando filius possidet feudum paternum, vel nisi pater habitaret in domicilio, vbi pater habitavit. Secundo etiam limitant in iis, quæ descendunt ex genere, vel ex antiqua consuetudine, vt notatur in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. ii. vbi tradit etiam And. de Barulo. Prædicta autem regula procedit, nisi alicui & eius hæredib. iusurandum præstitum esset, præterea in eo casu limitatur illud quod supra diximus, quod criminales accusations in hæredes ex publicis iudiciis non transeant: nam si ita iusurandum præstet hæredi competet accusatio criminalis, vt habetur in c. ego episcopus, extra de iureiur. & c. de forma. 2. q. 5. & tradit gl. in l. omnes, in tit. si de feud. fuer. controuer. Vnde est, vt hæres qui debitorem iuxta ritum magnæ curiae, in tit. de presenta. instrum. liquid. multa præfari debeat, ita vt cōstet filium esse & hæredem, alioquin debitorem de periurio accusare non potest. Et hoc ideo est, quia iusurandum etiam pro hæredibus in instrumento receptum fuit, alioquin iuramentum (vt supra diximus) cum sit personale ad hæredes non transit, vt inquit Bal. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & in l. i. & in l. generaliter. C. de iureiur. & iterum Bal. in l. principalis. C. de iuram. calum. & in l. fi. de pact. & in l. emptione. C. plus vale. quod agit. & loan. Andr. in addit. ad Specul. in §. 2. in tirul. de iud. vbi citat d. S. venientis, & gloss. in cap. fin. extra de sepult. Et ideo dicunt iuramentum fidelitatis in præsentia præstari debere, & sīca præsenti. Solent enim Reges Regni Siciliæ vel Neapolitanæ, curare vt Comites & Barones feudatarij, ac ciuitatum vel oppidorum & terrarū syndicis post iusurandum ligium Regi præstitum, primogenito Regi fidelitatem iurent.

C A P. XXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I A.

- 1 Iusurandum à ieiunis antiquitus præstari consuevit.
- 2 Ac de re loquens Ioannes Ferrarius Montanus, lib. 4. Inst. de actio. in rub. & in c. t̄ peculium dicitur, inquit Corn. Pontif. Maxi. à ieiunis præstari voluisse, & ideo nostri ebrios non admitterent. Primæua enim hominum ætate ideo id factum di-

cebat (eam rationem dabat) vt lites humanæ definiuntur: tunc enim Principes (vt Fabij Pictoris verbis, vti & ipse Ioannes, vt amur) nunquam ab æquo, neque populus à iure innato discedebant, sed sua sponte retinebant fidem & rect. Pudor ipse regebat populos, & ius Principes: Quam iudiciorum consuetudinem & Rhadamanthum apud Cretones habuisse ferunt. Maiorib. quoq; nostris in Hesia fuit, eo argumento, quod in præsentiarū si conuentus debitum abneget, oblato iureiurando id faciat, necesse est, nisi & causam perdere, & nominis ignominiam incurrire velit: sed hoc nostro seculo, quod nulla non libidine satur est, quo omnis ferme iustitia, omnis fides ad superos conuolauit quam non conuenit simplex illa rusticitas atq; sacramentorum fides, docent periuria illa, vt impunita, ita etiam à nemine non commissa, cuius causam Plato in u. de legib. ratiocinatur, quod multi sunt, qui more Epicuri Deum vel negent esse, vel si sit, humana non curare, vt hac ducti persuasione audacius peierent: Quod temeritatis malum in ultimam Hesiodus ætatem abunde cecidisse conqueritur. Quid si nostrum sæculum longe corruptissimum considerare, aut quasi per nebulam inspicere fuerit concessum? Verba autem Hesiodi, vt refert ipse Ioan. Ferrarius Montanus in loco supra relato, sunt hæc.

Δικη δὲ εμφεγαναι ιδωσ
Οντεσαι βλαψει δόκανταν αρείονα φάτα
Μύτρισι οκολοιοῖς ἐνέτων, ἐπι δόρκου όμετας.

C A P. XXIII.

A R G U M E N T U M.

Iurans soluere intra decendum, eo prorogato si non soluat non fit periurus.

S V M M A R I A.

- 1 Iusurandum, an in prorogatione comprehendatur.
- 2 Prorogationis tempore elapsō, debitor in periurium non incurrit.
- 3 Iuramentum videtur in primo termino prorogatum, & non extenditur ad terminum prorogatum.

Conuenit præcedentibus, t̄ an iusurandum in protrogatione comprehendatur, vt inquit Decius in c. de causis, nu. 6. & 7. extra de offi. deleg. Et ideo dixit Decius eodem loco, recentiores moueri auctoritate Card. in clem. i. §. nos itaq; col. fi. ver. quinto quero, extra de iureiur. vbi conclusum dicit, obligatum sub iuramento ad soluendum intra decē dies facta prorogatione ab ipso creditore, quia non soluit in d. termino 10. dierum, periurum non esse, id quod cōprobatur ex iis, quæ notat Rota in decis. 2. col. pen. vers. secundo hoc probatur. in tit. de præb. in nouis. Et facit etiam illud, quod iterum notat Card. in cle. statutum, col. 4. de elect. cum similib. vt voluerunt recentiores in d. cap. de causis, vbi potest diligentius inspici & considerari. Et idem præterea inquit tenere Bart. in l. 4. in prin. ff. de damno infec. dum ibi concludit, vt officij tempore prorogato idē tamen pendente d. tempore officium dicatur. & idem iterum voluit Bal. in l. obseruare. §. proficiſci. 19. q. ff. de off. procons. & legati, & in l. meminisse. in fi. eo. tit. & in l. eum qui. §. indicare. ff. de iurisd. omn. iud. & Corn. in conf. 135. de plurib. queritur, colum. 3. vol. 2. Hactamen de re ibidem inquit

Inquit Decius; illud animaduertendum esse, tuisurandum elapse primo tempore, quod prorogatum fuit, & ex consequenti extinta ipsa prorogatione, debitorem periurium non incurre, ut dixit idem Cardin. in loco supra relato, & declarauit idem Dec. in d. c. præterea. Præterea quod id etiam in termino prorogato procedat, voluit Bal. in consil. 368.

3 Queritur, si factum compromissum. Nam tuisurandum limitatum in primo termino videtur, & tamen ad terminum prorogatum non extenditur, de quo à principio cogitatum non fuisse videtur. secus autem, ut ipse arbitratur, dicendum est, si à principio in compromisso facultas prorogandi data sit: Et ita de iure dicendum videtur, & ita primo loco conclusionem prædictam limitandam esse arbitratur, ut s. terminus prorogatus idem non reputetur respectu iuramenti. Secundo dicunt, prædictam conclusionem procedere, quando prorogatio simpli citer facta est, & ratio est, quia videtur facta cum omnibus qualitatibus prioris temporis, ut notat Bar. in l. 1. §. & post operis ff. de nou. oper. nunc. & Bald. in l. si constante. C. de dona. ante nupt. cum simili & idem voluit Imola in consil. 11. in casu premisso. At secus dicendum arbitratur, si aliquid priori dispositione promissum sit ob id, quod tunc noua dispositio, & non prorogatio dicatur, ut notat Domi. à sancto Geminiano per ea, quæ tradit ibi gloss in cap. bi qui, col. si. vers. & nota istam gloss. de præb. in 6. cum sim. ut tradunt recentiores in d. cap. 1. in tit. qualit. vasal. promit. fidelita. & rursus idem Bald. in d. consil. 367. volum. 3. & in l. Titius in princ. ff. de excus. tut. & Corn. in consil. 235. volum. 2. & Abbas in cap. P. & G. colum. 5. in vers. sed aduerte, extra de ord. deleg. vide Curtian. in l. lecta. num. 10. ff. de reb. cred. & Bald. in l. 1. §. constitutus. num. 11. & quatenus pertinet ad prorogationem Beroum in d. cap. causis numero 32 ff. de offic. deleg. & videoas de hac prorogatione in repertorio Felyni in verbo iuramentum, antefmissum videatur, ubi plures refert, & ideo omnino videoas. Et rursus in eodem repertorio Felyni in verbo iuramentum si fiat, ubi plures citantur. Item videoas etiam de hac prorogatione Mats. in singul. 300. prorogato. & Ias. in l. prima, §. & post operis. num. septimo. ff. de ope. noui nunciā.

C A P. XXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Iurare, quibus diebus apud maiores nostros vetitum fuerit:

i Vibusdam t diebus iurare non licuisse apud maiores nostros & vetitum fuisse, sat is notum est, ut ex concilio apud sanctum Medardum habito manifeste apparet, & tradit text. in c. decreuit. 22. quæst. 5. dum in eo dicitur, decreuisse sanctam Synodum, ut à septuagesima usque ad octauam Pasche, & ab aduentu Domini usq; ad octauam Epiphanie, nec non & in iejuniis quatuor temporum, & in Litaniis majoribus, & in diebus dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione) nemo super sacra euangelia iurare præsumat. De forma autem fidelitatis, & quicquid Dominus quis, & econuerso iurare teneatur, ultra ea quæ supra late deduximus, habetur in epistola Phi-

liberti Eiscopi. Verum illud, quod paulo ante de illis diebus, quibus iurare non licet, in vsu non est, nec seruatur, inquit Alber. de Rosate in rub. ff. de iure iurian. Vbi illud etiam gl. inquit, à septuagesima in his quoq; diebus causas exercendas non esse. cap. 1. & 2. 15. quæst. 4. Huic tamen ca. & præcedenti, in quibus dicitur honestum quoq; videri, ut qui in Sanctis audet iurare, id iejunus faciat cum omni honestate ac timore Dei, & periurij. Præterea ante annos quoq; quatuordecim iurare non cogebantur, obuiat consuetudo iam præscripta, & dum gl. inquit in litaniis maiorib. exponit ut in festo S. Marci.

C A P. XXV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- i** Iuramenta quæ in Ecclesiis præstari possunt, quæ nata sint.
- 2** Decreta dationis tutelæ vel curæ, in ecclesia interponi possunt.

Predictis etiam addendum est, tuisurandum, iudiciale in Ecclesia præstari posse, secus vero in aliis actibus iudicariis religionem iusurandi non cōcernētibus. c. decet, de immunita. eccl. lib. 6. & facit text. in l. 2. & 3. cum iis, quæ ibi notantur. C. de sacro sanct. eccl. & illud, quod dixit gloss. in d. §. qui iusurandum, ut refert ibidem Alex. num. 2. qui dicit optimis etiam probari per text. quem deducit ibi Bartol. referens huius conclusionis rationem. Præterea comprobari etiam dicit dictum illius glo. iis, quæ habentur in cap. habemus. 22. quæst. 2. Et id inquit procedere in eo iuramento, quod à parte parti defertur, & ideo id multa magis dubitale in iuramento testis esse arbitratur, de quo tamen se refert ad ea quæ dixerunt Bartoli & Bald. in d. l. 2. & tradit Dominic. à sancto Geminiano in d. capit. decet, in fin. Magis tamen communem opinionem esse dixi ibidem Alex. ut & illud quoque in ecclesia deferrri possit, prout ibidem voluit etiam Ang. per illam gloss. & attestatur ibidem Alex. obtinuisse, ut decreta tū dationis tutelæ vel curæ, in ecclesia interponerentur, prout habetur etiam in d. §. qui iusurandum, de iure iurando iudicatio, quod iudicis auctoritatem requirit. Id autem tunc verum est, cum cause cognitio non requiriatur, alias secus, ut habetur in d. cap. decet. Præterea, subdit rursus Alex. extra gl. ad id facere etiam text. in d. §. qui iusurandum, in vers. si de qualitate, secundum Bart. & alios, quando contentio est inter partes de forma puncti cōsulenti transmitendo: Nam tunc iudex & decidere & formare debet, ut ibidem habetur, & in l. venditione. §. si. & ibi notat Bartol. ff. de bonis autho. iud. posse. Ad quod facit etiam illud, quod Specul. in tit. de requisit. consilij. §. 1. vers. sicut igitur. & Bar. in l. duo. la. 1. in ff. de iudit. & in l. 1. per illum text. ff. de vent. inspiciens. & Bal. in l. de die. in ff. per illum tex. ff. qui satisfida. cogan. & tradit Castrén. in l. nemo Apostolorum. nu. 2. C. de sacro sanct. eccl. & in l. iusurandum. §. qui iusurandum, num. 6. ff. de iure iurando.

C A P. XXVI.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum an præcedere, intervenire aut sequi debeat:

S V M.

S V M M A R I A.

- 1 Iuslurandum in contractu, quando & quomodo & in quo loco apponendum sit.
- 2 Statutum si disponat, vt non valeat contractus nisi super eo aliquid fiat, non est necesse vt interueniat tempore contractus.
- 3 Dictr. super. quomodo intelligatur, & declaretur, & quod obligationem importet.
- 4 Legatum si fiat super aliquo fundo annuorum decem, fundus ille censemur obligatus.
- 5 Dictr. super, non denotat contingentiam actus vel temporis, & ideo si fiat ex intervallo ante vel post, satu est quo ad hoc vt super aliquo fieri dicatur.

Querit præterea Ias. in authent. sacramenta puberum numero 26. C. si aduer. vend. super eod. text. iuslurandum quomodo † & quando interponi debat. & in ea quaestione inquit quod glos. in verbo, super quo, aut sufficere, siue in ipso contractu, siue prius siue postea, siue quandocumque interueniat, vt dixit etiam Bartol. in consilio 97. numero 99. volum. 1. Et ideo inde notant ex dictis Bartol. huius dictionis sensum & significatum esse, vt voluit etiam Angel. id ad multa diligenter adnotandum esse, & præsertim ad statutorum interpretationem, † si statutum aliquod disponeret, contractum non valere, nec subliſtere, nisi super eo aliquod fieret, quodcunque illud sit, quod præcipit statutum illud: nam vt tempore quo contractus perficitur interueniat, ne esse est, vt est tex. in d. authen. sacramenta puberum; iuncta gloss. & id omnino notandum est, vt voluit ibidem Angel. Illud tamen sublit Ias. eodem in loco alter & fortasse melius dicendum esse in hoc posteriore dicto, vt dixit Bartol. in l. rniuersa. C. de prec. Imper. offer. Præterea de hac dictione, † super, tradit Bartol. in l. fundus. ff. de annuis leg. vbi queritur, si testator alicui decem annua leget super tali fundo, † an ille fundus obligatus censemur? & vult obligatum esse, per text. in l. codicilli. §. instituto. ff. de leg. 2. & sequitur Paul. Caſtrenſ. in l. reſcriptum. §. si paſto ff. de paci. vbi est glos. & late tradit Ias. Faber in §. item Seriana, colum. fin. Instit. de act. & ſimiliter de hoc querit ſpec. in tit. de loca. §. nunc vero aliqua. versic. 119. † Et ſic ex prædictis appetet glos. & Doct. in d. authen. sacramenta puberum, tenere prædictam dictionem, ſuper, actus vel temporis contingentiam non denotare, immo si fiat ex intervallo, vel ante, vel post fatis esse, & ideo ſufficere, ſi ſuper aliquo fieri dicatur, quaſi tuuic statuto ſatisfactu sit. Hoc idem videntur ſi mare glos. vbi eam ſequitur Bald. in l. C. commun. de leg. & Bald. in consil. 1. in rub. de ref. ſpol. Prædictis tamen contradicunt Laurentius Vallensis in lib. 2. elegantia cap. 19. dum vult, non leuem differentiam eſſe inter dictionem, ſuper, & dictionem, ſupra: quandoquidem ſi quiſpiam contiguitatem ſignificare velit, dictione ſuper, eum vti oportet: At ſi intentio proferentis ſit, vt interualium exprimitur, dictione ſupra, vti oportere dicendum eſſe, & ideo hac de cauſa dicendum eſſe, Auis eſt ſupta nos, & non ſuper: ſedes ſuper lapidem, & non ſupra lapidem. Ratio autem eſt, quia uno modo contiguitate ſigni ficat, ſi ſuper ſedem, vel ſupra lapide in dicatur, non autem ſupta, ac etiam quia factu quandoque contiguitatem denotat, & econtra nebula, vel autem eſt ſupra nos, non autem ſupra nos.

C A P. XXVII

A R G V M E N T V M.

Iuramentum in domo præſtari an & a quibus poſſit.

S V M M A R I A.

Iuramentum a personis egregiis in domo ſua exigitur, & ad eas mittitur, qui illud iuramentum exigat, iudice volente.

Dixit etiam Romanus in singu. 789. commuiter receptum eſt, † ad egregios & dignos viros, vt iurare poſſint, ad eorum domum aliquem qui illud recipiat, mittendum eſt. l. ad egregias. ff. de iureiur. & c. ſi quis teſtium, vbi idem dixit glos. fin. extra de teſtib. Id quod ita deum verum eſt arbitratur eodem in loco Romanus, ſi iudex voluerit: Nam ad id compelli non poſteſt, vt adnotauit Ias. Andr. in cap. ſignificauit, extra de offic. ord. & Innoc. & Anton. de Butr. qui idem referendo inquit eum ibi adducere tex. in statutum. §. pen. de reſcri. in 7. & adducit etiam text. in l. 2. §. preſes. ff. ſi quis ordo in bonor. poſſet. ſeruet. & in l. iubemus. C. de epift. & cle. in fi. Haec autem iura, vt Roman. arbitratur, nihil ad rem noſtram facere videntur; eſt tamen ibidem quædam additio, quæ dicit communiter distinctionem Ias. And. & Anto. de Butrio non teneri, properea quod d. l. ad egregias, & in cap. ſi qui teſtium, & Doctor. vtr obique i. d. ſinēt loquantur, & de hoc quoq. inquit tractare Pet. de Anch. in consil. 82. profaciōri, col. 2. Eſt præterea ibidem alia additio, quæ dicit, tu dic, quod in vi compellitur. d. l. ad egregias. ver. oportet iuxta glos. in verbo, oportebit, vt eſt text. in cap. 1. de litis cont. lib. 6. vt tradit ibid. Ias. col. 1. in fi. poſt Alexan & Panor. & Fel. in d. c. qui teſtium, poſt eos quoſ reſert, & de illa l. ad egregias, tradit iterum Roman. in singul. 127. tu audiuiſt, & ſequenti. & iterum Roman. in sing. 369. num. 1. dum inquit, quod mulieri examinandæ, vt teſtis, iuslurandum in eius domo ei preſtandum eſt, & ſine citatione valet, vt dixit Bar. poſt Guiliel. in d. l. ad egregias. ff. de iureiurando.

C A P. XXVIII

A R G V M E N T V M.

Hæres scriptus ſi ſpurio hæreditatem reſtituat, an iuramento ſe purgare debeat.

S V M M A R I A.

- 1 Spurius filius qua cautela pater relinquare poſſit.
- 2 Hæres scriptus, qui filio ſpurio alicius hereditatem reſtituit iurare tenetur, an fidem ſuam accommodauerit.

Quoniam filij ſpurij ab hæritate parentum excluduntur: merito Dilectus Durans in traſcat. de arte teſtan. in tit. primo, de his qui habent factio. teſtament. in capitul. ſpurij, numero quarto, dum inquit, quintum remedium eſſe quod pater amicum hæredem inſtituet, † quem certo ſciat filio ſpurio ipſius teſtatoris bona & hæritatē reſtituſrum eſſe: Nam in eo caſu ſi hæres bona filio ſpurio teſtatoris det, ob id tamen tacitam fidem accommodasse non præſumitur, Nam l. prima, C. de natur. liber. tunc procedit, cum conſtat filium ſpurium bo-

na ex patris iudicio possidere, ut declarat Corne. in conf. 236. videtur prima facie, libro 2. vbi id procedere ait, etiam si dixerit testator quod haeres sibi hereditatem retinere non possit, sed cuicunque voluerit restituere queat. Quandoquidem etiam in eo casu cessat suspicio fraudis propter liberam restituendi facultatem, argumento l. si fideicomissa. §. quamquam. ff. de lega. 3. Hoc tamen remedium filio tutum non est, quia heredem scriptum potius habere velle testatoris hereditatem credendum est, quam filio testatoris restituere, vel si tacitam fidem accommodauerit, cogetur in iudicio unum dicere vi iuramenti, † cum possit haeres ad iurandum cogi. l. Marcellus ff. rer. amota. & l. non intelligitur. §. tacitam, cum glossa ff. de iure fisci. vt dixit etiam Bartol. in l. si ff. de his, quibus ut indig. & in consilio 194. Cucus de Spoleto.

C A P. XXIX.

A R G U M E N T U M.

De intellectu regulæ: Iuramentū quod sine interitu animæ seruari potest, seruari posse, & inibi de exceptione compensationis, spolij, nouæ causæ superuenientis, &c.

S V M M A R I A.

- 1 Regula, quod vbi iuramentum sine interitu salutis æterne seruari potest, semper seruari debet.
- 2 Exceptio compensationis, an iuramento tollatur, vel impediatur.
- 3 Acceptatio minus est quam solutio.
- 4 Compensatio fructuum, quando opponi posse, non obstante iuramento, & num. 6.
- 5 Solutio ficta, qua per compensationem fit, à reali satisfactione eris alieni procedit.
- 6 Molestia infertur, quando quis iudicialiter vexatur.
- 7 Renunciare ex sola promissione quis non intelligitur his, quae sibi de iure licent.
- 8 Compensatio non fit de specie ad summam & quantitatem.
- 9 Pignoris natura est, ut non transcat in dominium creditoris, & id quando verum sit.
- 10 Exceptionem spolij & compensationis, an principalis opponere posse, & quando ab initio spoliatus sciens iusserandum preficit.
- 11 Iuramento inest cōditio, nisi iusta causa superuenierit.
- 12 Iuramento præstito debitum tunc contractum dicitur rubricque, licet sit nata actio, etiam hypothecaria vel pignoratitia.

Quoniam, ut ex prædictis apparet, maxima iuriurandi vis non solum apud nos Christianos, sed apud ipsos quoq; barbaros & irfideles ius fuit. in primis † illud pro regula firmandum est, ut vbi cunq; iusserandum sine (vt aiunt Docto. nostri) interitu salutis æternæ seruari potest, semper seruandum sit, vt inquit Portius Imolensis in cons., nu. 46. & in cons. 33. n. 49. & in cons. 99. n. 8. & in cons. 35. n. 12. & ex pluribus satis late supra firmaimus, & infra etiam cōprobabitur. Hæc autem regula, quia plures habet ampliations, merito ut de qualibet suo loco disceptatur, satis opportunum erit. Prima igitur illa erit, † an opponenti compensationis exceptionem iuramentum resistat, & an ipsius compen-

sationis renunciationem tollat? In hac dubitatione duæ sunt opiniones. Alia fuit Barto. in l. amplius non petitum est. ff. rem ratam haberi. dum vult, ut ij qui iurant soluere, compensationis exceptionem opponere possint. Hanc Bartol. opinionem sequuntur Ang. & Cuma. in eadem l. amplius non petitum, & loan. Fab. in §. in bona fidei, col. 4. Inst. de actioni. & ibi etiam loan. de Platea, col. 1. & Bal. in c. ad nostram, vbi Panorm. in col. si. & iterum idem Panorm. in d. c. cum dilectus, col. 8. extra de ord. cogni. & rursus in o. cum inter, nu. 2. 4. extra de except. & Alex. in conf. 12. col. fina. volu. 2. & Imola sibi contrarius, in l. Julianus. ff. de cond. & demonst. Moderni Parisiens. in tract. q. 43. qui attestantur hæc opinionem esse communem apud Legistas, & si contrariam de qua infra dicemus, à Canonicis magis communiter receptam esse fateatur, confirmatur autem hæc conclusio ex infrascriptis. Et primo per tex. in l. 4. §. soluisse ff. de iudic. dum inquit, soluisse accipere debemus, non tantum eum qui soluit, verum omnem omnino, qui ea obligatione liberatus est. Et eodem in loco inquit text. eum omnino soluere, qui ab obligatione liberatur vere & ipso iure, vt inquit gl. de dictione, omnino, in l. 1. §. si pecuni. am. ff. depositi, & glos. in l. obligatione, C. de solut. & notat Bar. in l. 1. ff. iud. solui. Sed sic est, quod ille qui compensat, liberatur. l. si ambo. ff. de compensatio. Merito is omnino ipso iure & vere soluisse intelligitur: Et præsertim cum compensatio quantitatis cum quantitate fiat ipso iure etiam ad pignus liberandum. l. si constat, vbi tradit gl. C. de compensa. Secundo confirmatur ex eodem. §. soluisse, aliter inducendo. Plane ad rei iudicat executionem & solutionem eius causa faciendam compensatio sufficit, vt late notat Fel. in c. suborta, col. 2. extra de re iud. Ergo compensatio vere solutio est. Tertio comprobatur auctoritate tex. in l. si debitor. ff. qui potior. in pigno. habeat. Nihil enim inquit interesse inter cōpensare & soluere. Quarto confirmatur eadem opinio ex eo, q; debitor facto creditoris, qui illud quod debet non soluit, impeditur, & ideo impeditus quod minus statuta die soluat, soluisse videtur, & ideo inutilis est ei actio, per quem stat. l. potior. in fin. ff. qui potior. in pigno. habeat. Quinto confirmatur tex. in l. dedisse. ff. de verb. sig. & in l. vel permittant. ff. de lib. causa. vbi dedisse ille intelligendus est, qui compensauit. Sexto iterum confirmatur ex eo, quod licet iuramentum sit stricte & in forma speciali firmandum: attamen iuramentum de soluendo per compensationem seruatur, quandoquidem conditiones in forma specifica adimplendæ sunt, nec satis est, si per æquipollens seruentur l. Meuins. & l. qui heredi. ff. de cond. & demonstr. Et tam soluendi conditio compensacione impletur. l. si peculium. §. de illo, ver. quid si heredi ff. de statu. liber. & in d. l. Julianus. ff. de cond. & demonstr. Nam & si iureconsultus ibidem in responso. l. Julianus, de acceptatione loquatur, idē quoq; multo magis de exceptione compensationis dicendum est, † cum acceptatio solutione minus sit. l. si accepto latum. §. 1. & ibi Bartol. ff. de acceptatio. & tradit Alex. in l. si marito. §. 1. ff. solut. matr. Quibus quidem rationibus dixit Didacus eo in loco, satis defendit ac tueri opinionem Bar. in d. l. amplius, aduersus ea, quæ notantur in d. c. ad nostram, extra de iure iurant. Et ideo subdit arbitrari Bar. sententiam veriorem esse. Et ideo iure optimo tueri posse, q; debitor iurans soluere suminam aliquam suo creditori sibi fortasse in

se in pignus data, optime absq; illa periurij labe cōpensationem eorū fructuum, quos ex pignoribus percepit, opponere possit: Nam regula est vulgatissima, de qua meminit Rom. in sing. 5.42. † credito-rem fructus pignorum cum suo credito compen-sare debere. l. & 2. C. de pignor. actio. Etsi id tunc ve-rum sit, nisi creditor ratione pecuniae numeratae notabiles labores subire debuerit: quandoquidem tunc fructus laborum contemplatione lucratur, ut voluit Host. in summa in tit. de usur. §. in aliquo. versicul. Duodecimo. refert eum & sequitur Ioh. And. in cap. con-questus, extra de usur. per text. in d. c. ad nostrum, extra de rebus eccles. non alien.

Hanc conclusioem & sententiam Bart. sequuta est in suis decisionibus Rota Pedemontan. in decis. 92. per totam: vbi referēdo utriusq; partis argumen-ta, tandem respondet omnibus obiectis cōtra con-clusionem Bart. quia huiusmodi conclusio est satis dubitabilis, ita ut cuiusbet parti quilibet ad libitum adhærere possit, ut eam ultra supra relatos tentie-runt illi, quos refert Ioh. in l. eum qui. §. si iurauer. nu-mero 2. & pluribus sequentib. ff. de iureiur. & Tiraquell. in tract. de retract. in verbo, à Payer. §. 3. gl. 3. n. 6. de legib. connub. post ea, que deducit in verbo, Epres. gl. 5. n. 182. & Alexan. in consil. 37. col. 5. n. 21. & 23. qui pariter dicit hanc esse communem opinionem, & Ias. in l. si conuenit. n. 47; & sequen. ff. de iurisd. omn. iud. & in consil. 9. n. 10. 11. vol. 1. Et idem dicitur in apostilla magna ad Abba. in cap. veniens, extra de iureiur. inquit, hanc opinionem com-muniter approbari, Bellenz. in addit. ad dictum: cap. ad nostram, post Bartol. quem refert in d. l. amplius non peti, & in d. l. Julianus, in fin. ff. de condit. & de-monstrat. & Bald. in l. generaliter, colum. 2. C. de epi-scop. & cleric. & Boer. in consilio 14. numero 8. & se-quent. & Neuiza. in consilio 62. numero 26. & sequen. & Roland. à Valle in consilio 6. numero 31. licet desit ei di-ctio, non: & Paris. in consilio 121. numero 39. volum. 1. & Natta in consilio 54. Et hanc conclusionem com-munem esse attestatur, & dicit Iohann. Crot. in con-silio 139. numero 6. dum dicit, opinionem Bar. com-muniter damnari, post Aretin. quem refert in con-silio 100. volum. 99. longitud. column. 2. vers. verum-tamen quia alia opinio. & tradit etiam Catellia. Cot-ta in memoriali incipiente, iuramenti religio. col. 2. vers. & tertium, & recentiores Veronens. in additione ad Ma-thefila. in singul. 36. num. 13. & ad singul. 54. & Corset. de iureiur. q. 8. & de iuram. priuileg. numero 39. vesic. ego dicere opinionem Bartol. & Cremen. in singul. 117. naturale debitum, post Bald. in d. l. 2. colu. 30 ff. de iureiur. & Viuius in suis communibus opinionibus, in ver-bo, compensatio. & in verbo, iuramentum iudiciale, in ver. promittens soluere. Præterea hanc esse commu-nem opinionem dicit Bapt. Villalob. in suis commu-nibus opinio. num. 227.

Contrariam vero opinionem, ut diximus, quam plures etiam adhérendo Bart. sequuti sunt, per tex. in l. 2. in fi. C. de compensatio. quo cauetur, com-pensationem aduersus rei iudicatae executionem opponi posse, & ibi tradunt Doct. communiter, & in c. suborta, & præsertim Felyn. post glos. extra de re iud. & in c. cum Iohannes. colu. fi. extra de fide instrum. & Rebuffus in suis commentariis, tomo 1. in tit. de liter. obli-gat. gl. 9. num. 39. & Paris. in consil. 121. num. 28. volum. 1. & Afflict. in decis. 121. num. 2. Nec videtur obstate, ut habetur in d. decis. Pedemontan. numero 2. quod obligationi soluendi adiectum sit iuslurandum, &

quod debeat impleri in forma specifica, & præcisè obliget ad factum. d. capit. debitores, & c. ad nostram noueritis, extra de iureiuran. & ideo si non potest sa-tisfieri per aequipollens, minus per compensatio-nem possit. Nam ad hoc responderetur, etiam conditionem in forma specifica. d. l. qui heredi, & d. l. Meius. & tamen, quando qualitas seu solutio est in conditione, dicitur conditio adimpleta, si iussus dare compenset. d. l. si peculium. §. primo, ff. de statu lib. vel accepto ferat. l. si fundum. §. Titio. ff. de leg. 1. ergo idem in promissione iurata dicendum videtur.

Secundo responderetur, iurantem dici adimplere promissionem; si per eum cui dandum & soluen-dum est, stet quominus detut vel soluatur. l. iure ci-li. ff. de conditio. & demonstrat. Sed per eum stare dicitur, quando in aliquo ei retinetur ab eo, à quo re-cepturus est, quia ei non soluit. l. 3. §. 1. vers. inde qua-ritur. ff. de statu libe. & l. Julianus ait. ff. de condit. & de-monstrat. vbi Socin. col. 1. in fin. ergo ille, qui compen-sat souisse dicendus est, & his rationibus motus. Tertio responderetur, † quod licet compensatio, si. & solutio sit: ob id tamen non sequitur huiusmo-di factam solutionem non sufficere promissioni iu-rate de soluendo, cum huiusmodi facta solutio, quæ compensatione sit, à reali satisfactione æris alieni procedat. Habuit enim creditor summam debitæ pecuniae aequivalentem, & ideo etiam quod iura-mentum in forma specifica adimpleri debeat, satis tamen compensatione, quæ realis est, satisfieri vi-detut: Et præsertim cum illud, quod in specifica forma impleri debet, satis impleatur per formam iuxta mentem disponentis omnino aequivalentem, ut probatur in d. l. Julianus & in d. l. si peculium. §. de illo. Vbi constat compensationem quo ad omnes effec-tus iuris & facti, veræ solutioni similiham esse, nec aliter à vera solutione differre, quam quod tempore compensationis vera numeratio non sit, quæ tamen in effectu facta fuit.

Præterea non obstat argumentum à deposito sumptum: nam illud in deposito locum habet ob specialem fidem, quam depositarij seruare tenen-tur, id quod à lege ex mente contrahentium indu-ctum est, tum etiam quia depositum ea intentione, ut in itis ac dominium depositarij res, vel pecunia deposita transferatur non fit, id quod aliter in iura-mento simpliciter præstato sese habet. Intelligendum namq; est, iuxta ea quæ actui iurato conueniunt, aut iure cōnenire possunt, ut de hoc infra spe-cialis cōclusio constituantur. Ad c. vero, ad nostram, extra de iureiur. quoniam varie ille tex. à Doct. in-terpretatur, ideo præmittendum est, com-pensationem fructuum ex pignoribus, ut supra diximus, perceptorum ipso iure fieri cum sorte ipsa princi-pali, cum fructus ipsi à creditore consumpti sunt, vel redacti in id, quod functionem recipit cum ipso débito, ut dixit Anania, & alij sequuntur in d. c. pri-mo, extra de usur. & Bart. Alexan. & Ias. in l. si diuortio. §. ob donationes. ff. soluto matri. & ita intelligenda est gl. in d. c. primo, quæ de hac compensatione, quæ fit ipso iure, pertractat. His itaq; præmissis, quidam o-pinanunt in eo. c. ad nostram, ideo compensatio-nem, non admitti cum fructuum computatione propterea quod debitor iuratus creditori datis pi-gnoribus promiserit, ut donec debitam rem, vel summam solueret, nullum super eis grauamen in-ferret: quasi intellexerit non solum de grauamine facti.

facti, & sic iniusto, sed etiam iuris, & sic iusto, argumen-
to gloss. in l. *Lucius*. §. tres heredes. ff. ad *Senatus consult. Trebellian.* tradit gloss. & sequuntur *Doctor.*
in l. clam, in princip. ff. de acquir. posses. † Mole-
stia enim infertur, cum quis iudicialiter vexatur.
§. i. in verbo, molestatus, in *Authent.* de fidei usso. & in l.
prima, & ibi *Bald.* C. de nundin. & tradit *Paul.* *Castrens.*
confilio 204. columna 2. volum. primo. Hic autem in-
tellectus & si ab ipso Panormita. in d. capitul. ad no-
stram, approbetur: Didacus tamen in tract. de pact.
§. 4. numero 9. non probat: Nam quotiesquis alte-
ri promittit, etiam praestito iuramento, nullum ali-
cui grauamen infertur. Illa autem promissio, de grau-
mine iniquo & iniusto intelligitur: non autem de ea
molestia, quae iure permittente licita est. Plane de
huiusmodi promissione non sentit, † quippe qui
voluerit ex ea promissione ius renunciare, quae iu-
re sibi licent & permissa sunt. l. *Aurelius*. §. *Caius* ff. de
libe. legata. & tradit *Bartol.* in l. 1. columna 5. ff. de his,
qua piena nomi. & gloss. in l. si seruum. §. *Prætor.* ff. de
acquiren. hæred. & Corset. in singul. in verbo, molestia.
& Abb. in cap. audita, extra de restitut. spol. & Felyn.
& Decius in capit. in præsentia, columna 1. extra de pro-
ba. & Felyn. in capitul. causam qua, columna II. in ver-
sic. non obstante, extra de rescript. Ex quibus patet, pro-
mittentem alteri nullum grauamen inferre, aut
molestiam posse, nisi aliud ex mente contrahen-
tium iure dedicatur. Secundo etiam modo text. in
d. capit. ad nostram, responderi solet, videlicet ideo
in ea specie compensationem admissam non fuisse,
quia debitor fructus ipsos in pignus dederat, &
ideo cum in eo casu fructus ipsi, ut species conside-
rentur, merito compensationi locum non esse,
cum de specie † ad summam, & quantitatem, quæ
debebatur, fieri compensatio non soleat. cap. vltim.
extra depositi. & l. fina. C. de compensatio. & l. si con-
uenierit, la 2. ff. de pignora. actio. & l. si non sortem. §. si
centum. ff. de conditio. indebi. & l. si ex pecunia. C. de rei
vendica. Hanc interpretationem ad illum text. ad-
notarunt Imola ibi, & Socin. in Regula, Verbum, ac-
cipere ultra sortem, columna tertia, Verum Didacus in
loco supra relato hanc quoque interpretationem
non probat, propterea quod fructus qui consump-
tione fiunt accipientis, nec seruando seruari pos-
sunt, in pignus dari non solent. Natura † namque
pignoris ea est, ut in dominum creditoris non trans-
eant. l. 1. §. per seruum corporalem, ff. de acquiren. posses.
Et ideo fructus, cum consumpti non sint, merito
ad id quod functionem recipit, redacti non dicun-
tur, ex quo (ut supra dictum est) cum debito com-
pensatio non fiat: si vero iam consumpti sunt, aut
ad id redacti, quod functionem cum debito reci-
piat si etiam expresse in pignus dati sint, minime
negari potest compensatio, cum iam ipsius credi-
toris effecti sint. Si vero quispiam Imolæ intelle-
ctum probauerit in d. capitul. ad nostram, dum in
eo dicitur, quasdem ab eis possessiones, & redditus
recepit in pignus: respondet Didacus eodem in
loco non de ipsis fructibus intelligendum esse, sed
de iure quodam anno qualibet summam quan-
dam percipiendi, quod quidem ius redditus appellatur,
& inter bona immobilia esse dicitur, cle-
men. exiui, vers. Cumque annui redditus, de verborum si-
gnificat. Et ideo hi redditus congrue dantur &
acciuntur in pignus. Hoc probat præterea ille text.
dum in eo expressum continetur, creditorem de

possessionibus & redditibus fructus percepisse: ex-
ponitur enim de redditibus, id est de iuribus per-
cipiendi annuam summam & quantitatem, cum de
redditibus annui fructus percipientur, ut dixit Bald.
in proem. feudo. col. 5. Tertio loco omittendum non
est, Barthol. Socin. in d. l. Julianus, colum. fina. aliter
exponere illum text. in d. capitul. ad nostram, ut scili-
cket in eo responsu ideo compensatio fructuum non
admittatur, quia ille qui iurauit pecuniam debitam
soluere, cum satis certus esset, iuramenti tempore
fructuum percipientrum ipsi compensationi ren-
nuntiare videtur, & ideo tam ratione iuramenti,
quam tacite renunciationis suminam debitam solu-
ere teneatur: deinde autem ad fructus ipsos ex
pignoribus perceptos repetendos agere poterit.
Habet autem huiusmodi tacita renunciatio vim à
iuramento, cum debitor iure soluere summam si-
bi mutuo datam, ut inquit Ioann. à Medina in tra-
cta de restitutio. quæstio. 3. causa vltima. Et eadem ra-
tione compensationem admittendam esse arbitra-
tur, non obstante iuramento, cum tempore iura-
menti nulla adest spes, nec ius compensationis ap-
paret: & ideo non sit admittenda compensatio,
cum tempore præstiti iuramenti ius aliquod ade-
rat, vel spes vlla compensationis, ut videatur probari
in dicto capitulo ad nostram. Sed si attendamus ad
vim propriam iuramenti, quæ consensum non ex-
tendit ad ea, de quibus actum non est, Didacus eo-
dem in loco arbitratur, iurantem summam sibi ipsi
mutuo soluere, intellexisse & eius intentionis fu-
sse, ut omnino pecuniam mutuo datam soluat easi
quo à creditore tot fructus ex pignoribus percep-
ti non sint, qui suum debitum aliqua saltē ex
parte minuere non possint. Nec etiam verosimile
est, eum de non obicienda compensatione fructu-
um, qui apud creditorem, iuxta iuris vtriusque re-
gulam manere debent, in compensationem sortis
principalis cogitasse: id quod cum verum sit, nec
vlla ex parte negari potest, iuramenta secundum
iuris interpretationem intelligenda esse, illud con-
sequitur, ut conuento actu, cui iuramentū accedit
perfecto, ille qui datis pignoribus soluere iurat
pecuniam mutuo sibi datam, fructuum compensa-
tionem abiicere possit, cum ea sit huius compensa-
tionis natura. Rursus respondetur prædicto cap.
ad nostram, ideo ibi fructum compensationem
admissam non fuisse ante veram debitæ summe sol-
utionem, ex quo nondum erat liquidum, quan-
turn creditor ex fructibus percepisset. At compen-
satio nunquam admittitur, nisi liquida sit, l. si debet.
ff. de compensatio. & notat Bartol. in l. frater a fratre. ff.
de conditio. indeb. Quod autem in d. capit. ad nostram,
summa illa quæ ex fructibus pignorum percepita
liquida non esset, inde patet quod ex fructibus ex-
pensæ deducendæ essent, ut ibi habetur, dum dicit
deductis expensis. l. fructus. ff. soluto matrimon. & l.
sumptus. ff. de rei vendica. At si quis dixerit stante hu-
ijsmodi declaratione, nunquam fructum com-
pensationi locum futurum, cum expensæ sint sem-
per deducendæ. Respondeatur quod quoties solu-
tionis promissio absque iuramento præcessit, com-
pensationem opponi posse, si breviiter iudicis aut
boni viti arbitrio ad liquidū deduci possit, qæcquid
ex fructibus, deductis expensis, credit or percep-
tit: At si iuramentum præstitum sit, compensatio
opponi non potest, nisi omnino & statim liquido

appareat, quicquid creditor ex fructibus perceperit, & hanc arbitratur esse veram illius textus declarationem, & verum intellectum. Præterea Octauia Cacheranus in decisi. 92. Senatus Pedemontani, numero 27. aliter declarat textus in dicto capitulo ad nostram, & dicit omissis aliis pluribus solutionibus, quæ à Docto. afferuntur, illam esse veram & communiter approbatam, ut ideo in eo compensatio opponi non potuerit, quia eo tempore quo iurantes mutuum acceperunt, prædia creditori in pignus dederunt, iurantes promiserunt molestiam non inferre prædiis in pignus datis quousque mutuo datum pecuniam soluisset, & ideo tacite iurasse videntur, fructus quos sciebant creditorem percepturum, non petere, vel compensare, nisi pecunia soluta: & ideo iuramentum super compensatione præstitum dicitur, & declarauit Abbas in dicto capitulo ad nostram, column. 3. in fin. versic. Sed opinio nostrorum Doctorum, & est de mente gloss. in verbo, pecunia persolutatur. versicul. Sed illo casu, & Innocent. circa finem, versicul. item etiam si creditor ageret, & Imola in primo, & secundo notab. dum dicit quod forma specifica in casu illius capitul. erat, ut non fieret compensatio, donec pecunia solueretur. Et colu. sequent. versicul. in gloss. persolutatur. dicit hanc esse veram solutionem, & communiter teneri, & sequitur Felyn. ibi, column. 3. quam etiam sequitur Alciat. in dicto response. 393. nu. 3. Vel potest etiam responderi prout respondet Socin. in dicta l. Julianus, col. pen. vers. tu secundo considera. ff. de conditio. & demonstratio. dum inquit, textus in dicto capitulo ad nostram, solutionem non fuisse in obligatione iuramenti: sed tantum in conditione, quia fuit dictum, ut donec solueret, non molestaret. Alia præterea solutio, ut dixit Bartol. in consilio 43. column. 10. accommodari potest, ut scilicet textus in dicto capitulo ad nostram, plures habeat intellectus, & ideo in eo fundamentum fieri non possit: Nam eius quod multipliciter exponitur: veritas ignoratur. Subdit tamen Octavianus Cacheranus in eadem decisi. quæst. nonagesima secunda, numero vigesimo septimo, versicu. tertiam etiam, primas responsiones veriores esse, & deinde omnibus aliis in contrarium deducit respondeat, numero 28. cum sequent.

Quoniam autem huiusmodi opiniones ita inter se discrepant, & varie à Doctoribus recipiuntur, ut vtraque pars facilime de iure tueri possit, ut dixit Felyn. in dicto capitulo ad nostram, column. sexta, ut dixit etiam Capitius in dicta decisi. 167. numero quarto, Merito ita distinguendum ad ipsas opiniones concordandas arbitratur. Aut enim, inquit ipse, eo tempore quo quis iurat soluere, debitum iam ortum est contra eum qui iusurandum recepit: Et tunc exceptio compensationis à iurante opponi non possit, an vero ortum non est, & tunc si is qui iuravit vult compensare debitum contractum post iuramentum, & tunc possit compensare, & ita subdit Capitius eo in loco in specie tenuisse Tindarum in suo tractat. column. quarta, questione septima, & id comprobatur ibidem Capitius auctoritate Butry in capitulo cum dilectus, extra de ordin. cognitio. quem refert etiam & sequitur Abbas Siculus ibidem, column. octava, dum in illa quæstione, an contra agentem actione depositi, possit opponi spoliationis & compensationis exceptio, inquit principalem eam opponere non posse, quando iurans ab initio

spoliatus etat, & sciens præstitit iusurandum: se-
cus vero si deinde spoliatur. Ratio autem est, quia iuramento inest conditio, † nisi iusta causa super-
uenerit: & ideo iuramentum recipiens à petendo repellitur. Confirmat præterea hanc suam declara-
tionem auctoritate Socini, de quo supra men-
tionem fecimus, in l. Julianus, column. fina. ff. de
conditio. & demonstratio. dum inquit, si debitum
deinde ex post facto, de quo non fit cogitatum su-
peruenerit, Bartol. opinionem praualere, quam re-
fert in dicta l. amplius non peti. Tunc autem subdit
Capitius, dici posse: post præstitum iuramentum
† debitum contractum esse: vbiq; licet sit nata
actio etiam hypothecaria, vel pignoratitia, ut in ca-
su de quo ibi, debita tamen compensabilia non
sunt, utputa si compensatio de specie ad summam
& quantitatem facienda est. Ac etiam si venditio
præcesserit, dies tamen solutionis iuramenti tem-
pore non venit: Vel si venit, solutio tamen ad-
huc facta non sit, ita ut dici possit pecuniam ad
eum, qui iuramentum recepit ex re iurantis per-
uenta ei qui iuravit debeat, saltem ex conditio-
ne sine causa, & triticaria, cum similibus, & casu
quo secuta sit solutio, iurans eius notitiam non ha-
buerit. & si haberet & esset tempore iuramenti
iam soluta, cum adhuc dies promissæ solutionis
cum iuramento non venisset, ex qua oritur con-
tra iurantem actio. Ea autem prædictorum ratio
est, quia huiusmodi debita incompensabilia ante
iuramentum redundunt: Vnde succedit illud, quod
notat Tindarus in dicto tractata, column. prima,
quæstio. decima, inquiens, primum compensatio-
nis effectum, esse imaginariam solutionem à iure
præsumptam, cum alter veræ solutionis hincinde
proueniens ex die concurrentium debitorum
compensabilium oriatur: Vnde succedit etiam il-
lud, quod dixit Socinus in dicta l. Iustianus, prope fi-
num, ff. de conditio. & demonstratio. duna vult, ut si eos
tempore, quo quis iurat soluere creditori suo, ipse
erat creditor ex alia causa sui creditoris, & debita
erant hinc inde compensabilia: ex quo tamen iu-
ravit soluere, ad non compensandum se obligare
videtur, argumento dicto capitulo ad nostram.
Nec prædictis repugnare inquit, si sit exceptioni
compensationis renunciatum, quia posito ut ei
renunciari possit, ut dixit Tindarus in dicto tractata
in nona quæstio. column. secunda, attamen talis com-
pensationis renunciatio de debitis petitis, non au-
tem futuris intelligi debet. Præterea hanc com-
pensationis exceptionem prosequendo, de ea
mentionem fecit Afflict. in decisi. 163. & inquit
tres illius auditorij consiliarios, videlicet Antoniu-
m de Palmerio, Carolum Rogerium Salernitanum:
& Iacobum de Gello de Trano, secutes fu-
isse Bartol. opinionem in dicta l. amplius non peti.
ff. rem raram habe. ut ibi Afflict. latius prosequi-
tur, & eam tenuit. Alexander in dicto consilio
duodecimo, volum. secundo. Quosdam vero non
minus peritos contrariam opinionem amplexos
esse, & sic opinionem Canonistarum, quam nos
supra firmavimus, quamquam Afflictus ibi-
dem plurium auctoritate confirmat. Verum deinde,
numero tertio, ita declarat distinguendo. Aut e-
nim, inquit ipse, ille qui cum iuramento promisit
soluere non potest, ut puta quia filiorum onere
oppreclus sit, vel pauperitatis, & tunc Bartol. op-
tionem

nionem præualere arbitratur, arguendo à ratione capitul. brevi, extra de iureiurand. Si vero debitor sit duus, & pecunia non indigeat, & aliorum opinio procedit, in dicto capitulo ad nostram. Et ideo inquit quod ex quo existimarent conuentum diuitem non esse, fuisse à sacro Concilio determinatum, iuxta sententiam Bartol. & sequacium. Opinionem tamen Bartol. quod scilicet compensare possit, tenet Gozadin. in consilio trigesimo secundo, numero tertio, ex quo compensatio dicitur solutio, licet ficta: & qui soluit de rebus immobilibus sicut summam & quantitatē soluere dicitur, cum pecunie appellatione largissime accipiendo, res quilibet comprehendatur. l. pecunia. ff. de verborum significatio. & nouatur in l. prima. ff. si certum peti. Etsi idem Gozadin, in eodem consilio numero decimo sexto, contrarium tenens dicat, Bartol. in dicta l. amplius non peti. communiter à Doctoribus reprobari, per tex. in dicto capitulo ad nostram, extra de iureiurā. vbi tradit etiam Imol. & in l. nil, alias si heredi. ff. de conditione. & demonstratio. & Alexand. in consilio trigesimo primo, columnā secunda, volum. secundo, qui pariter dicit Bartol. opinionem esse reprobatam, & contrariam esse magis communem, vt scilicet iurans soluere, non possit compensare. Eandem opinionem contra Bartolum, sequitur rursus Gozadin. in consilio sexagesimonono, numero quarto, per textum in dicto capitulo ad nostram, secundum lecturam gloss. 3. ibi communiter approbatam.

Contrafiam vero opinionem gloss. & Canonicarum contra Bartol. vltra supra relatōs: tenuit Bertran. in consilio primo, numero 154. volum. primo, & in consilio 266. numero secundo, volum. tertio, dum inquit, opinionem Battol. ab omnibus reprobari. & hanc opinionem contra Bartol. tenet Anton. à Leuitis in consilio 18. numero trigesimonono, in secundo volum. consilio crimin. diuersi. & Sebastian. Medices in tractat. de compensat. in prima parte, questio vigesimatertia, numero tertio, per ea, qua voluit Iason in l. cum quis. §. si iurauerō, numero 2. ff. de iureiurand. & Tiraquell. in tractat. in versicul. apparier. §. tertio, gloss. 3. numero sexto, per ea, qua vñerunt innocent. Hostien. Ioann. Andre. Collect. Butri. & Imol. sibi contrarius, & omnes prater Bald. & Panormitan. in dicto capitulo ad nostram, & Ioann. Andr. & Marian. Socin. in capitulo querelam. extra de iureiurand. & Roman. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. & Alexand. sibi contrarius in consilio 91. visis actis, columnā secunda, versicul. secundo, principaliter, volum. secundo, & Aretin. in consilio 99. longitudo, columnā secunda, versicul. tertio, vbi dicit hanc esse communem opinionem. Et iterum Iason in l. si pecuniam, in princip. columnā penultima, versicul. tertio, facit. ff. de conditione. ob caus. & iterum in consilio quadragesimoprimo, in duabus. columnā secunda, versicul. Præterea Dominus Ioannes, volum. tertio, & Stephan. Bertran. sibi contrarius in consilio 154. voluisse, numero secundo, volum. primo, & in consilio 305. viso casu, columnā prima, eodem volum. primo, rursus Tiraquell. in tractat. de legibus connubial. versicu. Ep̄ress. gloss. quinta, numero 182. & Alexand. in consilio 37. numero 2. volum. quinto, & iterum Ias. in l. si conuenierit, numero quarto. ff. de iurisdictio. omn. iud. & idem in consilio 9. numero 0. volum. 1. & Abb. in capitulo venientes, extra de iureiurā. & Bald. in l. generaliter, columnā secunda, C. de Ep̄iscop. & cleric. & Boeri. questio. 14. numero 8. &

Neuiz. an. in consilio 62. numero 26. & Panormitan. in consilio 121. numero 39. volum. primo, & Gratian. in consilio 137. numero sexto, & Corset. in tractat. de iureiurand. questio. octaua, numero 39. & Cremen. in singular. 117.

In hac quæstione, vt inquit Afflict. in d. decisio. 163. numero 13. de eo etiam dubitari potest, an debitor qui iuravit soluere, possit illud debitum compensare, ad quod ipse actor tenebatur cumdam tertio suo creditori, qui illud creditum cessit ipsi conuento: & subdit Afflict. Dinum huiusmodi dubitationem attingere in capitul. cum quis in ius, de regul. iur. in in sexto, & Cynum & Bald. in l. eius quod, C. de compensat. Et subdit Dominus illius consilio omnes tenuisse, vt stante Bartol. opinione debitor debiti cessi compensationem opponere possit, & ita fuisse iudicatum stante prædicta paupertate.

Conuenit etiam huic loco, an renuncians exceptioni non numeratae pecuniae cum iuramento, excipere possit de non numerata pecunia, & præsertim si iurauerit nunquam de iure vel de facto contrauenire. & hac de re habetur in Quæstione Capellæ Tholosanæ 374. vbi dicitur, vt non possit, conclusum fuisse, vt dixit etiam Menochi. in consilio octuageſimo quarto, numero vigesimo octavo, volum. primo, & Rebuffus in titul. de chirogr. & cedul. recognit. in prefatio. num. vigesimo quinto. & voluit Azo in summa, C. si aduers. condicō. numero quinto. Secus tamen esse, si confessus sit pecuniā recipiſſe, & eam reddere iuret, prout voluit Cynus in l. si ex cautione. C. de numero. pecun. & Colletta. in capitulo fina. extra de solutio. At ibidem in additione distinguitur inter ius canonicum & ius ciuile, & dicitur de iure canonico, vt habetur in capitul. cum contingat, extra de iureiurand. & tradit Angel. Aret. Inſtit. de exceptio. in versicul. quid si renunciatur. inquiens de iure ciuili sibi non præiudicare. l. iuris gentium. §. generaliter. ff. de pact. & l. non dubium. C. de legibus. Quandoquidem tunc, non obstante iuramento, excipere posse arbitrantur, propterea quod sub conditione, vt dixit Iacob. de Rauen. vel sub modo, promittere videatur, videlicet si pecunia numeretur, vel ut numeretur. l. fina. C. de non numero. pecun. vbi de hoc species esse videtur. & idem dicit Angel. Aret. in loco supra relato, per text. in dicta l. fina. Quandoquidem sicut confessio de recepto conditionem tacitam continet, videlicet si numerabitur, vt habetur in dicta l. si ex cautione, C. de non numero. pecun. & l. in contractibus, eodem titulo. Pariter eodem modo tacitam conditionem iuramentum ipsum habere, dicendum est, vt habetur in l. fina. vbi notatur ff. qui satisfacta cogant. & in l. fina ff. ad municipa. & notatur in capitulo quemadmodum, extra de iureiurā. Nam alioquin creditor ad peccandum inuitaretur, & iuramentum contra bonos mores interpositum dici posset. Vnde obligatorium non esset etiam de iure canonico, vt habetur in capitulo. non est obligatorium. & infra latius suo loco dicitur, deregul. iur. in sexto, & in dicta l. fina. indistincte vero vt iurando talem exceptionem opponere non possit, firmare videatur ob id, quod contra iuramentum veniret, & faceret, & si concedat vt si debitor soluat, possit deinde repetere, quemadmodum de eo dicitur, qui vñeras soluere iuravit, vt habetur in capitulo debitores, extra de iureiurand. & facit illud, quod notat Bartol. in l. prima, §. secundo, ff.

quod vi, aut clam, in fin. & hoc sequitur Salycet. in dicta l. si ex cautione, & idem voluit Angel. in dicta l. in contractibus, & in l. fina. & ibi Ioann. Fab. & idem voluerant Hostiens. Ioann. Andr. & Butr. in capitul. fina. extra de solutio. & tradit lason in l. si conuenerit, columna 3. ff. de iurisdictio. omnium iudicium, & in l. qui pecuniam, columnam prima, ff. si certum petatur, & Iacobus de Belluis. in l. secunda, §. mutui autem, in fine, eodem titulo, & sequitur Alexander in consilio vigesimo octavo, vissis, in secunda quæstio, volum. primo, & in consilio octauagessimono. viso punto, in fin. volum. secundo, & in consilio vigesimo septimo, vissis, numero vigesimosesto, volum. quarto, & Petrus in tractat. de iure iurand. in quarto effectu, & Socin. iun. in consilio 87. numero 23. volum. tertio.

Præcedens tamen conclusio, vt tale exceptionem opponere possit, limitatur & dicitur non procedere, si iuretur omnia vera fuisse & esse, & nullo modo contrafacturum se esse, vel venturum: Nam tunc propter huiusmodi iuramentum talem exceptionem opponere non posse crediderunt, vt videtur intelligere Bartol. in dicta l. fina. vbi etiam Salycet. in principio, dum inquit, quod si iuramentum non est appositorum solutioni, sed veritati, vt quia debitor iuravit vere pecuniam numeratam fuisse, tunc talem exceptionem opponi non posse, vt dixit Bald. in l. secunda, in repetitio. extra de iure iurand. & Barthol. Cæpolla in singul. in versic. 132. & Barbav. post Butri. in dicto capitulo fina. Præterea hanc conclusionem sequitur Menochi. in consilio trigesimono, numero 20. & 21. volum. primo, dam vult, ut ille qui iurat re vera habuisse, & recepisse, exceptionem prædictam non numeratae pecuniae obincere non possit, vt dixit Bald. eam declarando in dicta l. fina. C. de non numera. pecun. quem sequitur ibi Sal. set. & Felinus, post alios in dicto capitulo se cauio, numero quadragesimosexto, versiculo, sed hanc, extra de fide instrumento. Hanc conclusionem tenet Azo in summa. ff. si aduers. venditio. numero quinto, & Rebussus in commentarius regiarum constitutionum Galiae, tomo primo, in titul. de chirogra. recept. in prefatio. numero vigesimo quinto, & idem ibidem sequitur Menochi. numero vigesimoprimo, cum quis, vt tradit post multos alios Emanuel Costa Lusitanus in repetitio. l. si ex cautione, in nova fallentia. C. de non numera. pecun. vbi late declarat. Præterea hanc limitationem sequitur Hippolit. Marsil. in singul. 327. incipiente exception. securius opinionem Bartol. in dicta l. fina. C. de non numera. pecun. & in dicta l. si ex cautione, eodem titul. & Angel. & Castren. in dicta l. fina. & in dicta l. si ex cautione. & rursus idem in simili tenuit Castren. in consilio nono, viso punto, & cetera. & inquit optime facere illud, quod notat Bartol. in l. fina. C. qui potior. in pigno. habeant. & Angel. Aretin. in dicto. fuerat. Institut. de actio. & Imola in l. nemo potest. ff. de lega. primo, vbi inquit facere notabile dictum Baldi in consilio 452. duo rei, volum. primo. vbi vult, vt ex confessione partis, in qua confitetur se habuisse, & renunciavit exceptioni non numeratae pecuniae, orientatur iuriis & de iure præsumptio, & contra eam probatio in contrarium non admittatur, nisi per confessionem partis aduersæ, authent. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. & in Authent. de aqua- lit. dot. §. illud. de quibus omnibus subdit Marsilius latius dixisse in consilio quadragesimo octavo, in causa, & lute.

Quando teneremus hanc opinionem, vt ibi renunciatum est exceptioni non numeratae pecuniae, & appositorum iuramentum, non possit opponi exceptio non numeratae pecuniae: illud remedium à iure introductum est, vt simulationis contractus exceptio opponi possit, videlicet quod licet confessio receptionis interuenierit, & ei fuerit cum iuramento renunciatum, contractus tamen ille fuerit simulatus, & fictitius: Nam in hoc casu iuramentum non obstat, quia iuramentum super actu simulato interpositum, vt infra latius suo loco dicetur, actum non conualidat, nec iurantem ligat, præterquam quod Suarez in l. post rem iudicatam, super declaratione l. regni, in §. sed pro evidencia, numero vigesimosecundo, inquit, dicta l. fina. C. de non numera. pecun. illum casum continere, quod vbi iuramentum super contractu mutui appositorum est, contractus naturam non alterat, & iuramento non obstante exceptio non numeratae pecuniae opponi potest. & ratio est, quia huiusmodi iuriurandum tacitam contractus naturam annexam habet, & eam iurando debitor retinere videtur: vt puta (vt supra diximus) si ei pecunia numerata sit.

Illud etiam, quatenus pertinet ad propositam quæstionem, animaduerendum est, vt inquit Ioannes de Amicis in consilio 33. numero 39. quod licet quis iurauerit vere pecuniam sibi numeratam fuisse: attamen si deinde debitor admittatur ad veritatem probandum, & contrarium esse probauerit, probationes eum releuare iuramento non obstante. Nam vbi peritrium estiam detectum, non imputatur allegatio turpitudinis. l. alias, cum ibi notatis. ff. de iure iurand. & sequitur Alexan. in consilio 220. viso punto, versic. id vnum, firmat Alexand. in l. iudex postquam, col. 7. versic. quinto fallit. & versic. sexto fallit. ff. de iud. & innocent. in capit. quia plerique, extra de immunitate eccl. & Bald. in l. prima, circa finem. C. senten. rescind. non posse. & in authent. hac, columna 8. C. de vñsur. & Bald. & Imola in l. si quis instituatur bares. ff. de bared. instit. & Imola in l. nemo potest. ff. de leg. primo, & in capitulo is, qui fidem, extra de sponsa. & in cap. quanto, extra de presumpcio. & Ludovic. Roman. in l. stipulatio ista. §. primo, columna quarta. ff. de verborum obliga. & abb. in cap. primo, extra de concessio. praben. & Domini a Sancto Geminiano in cap. in presentia, extra de probatio & iterum Abb. in cap. cum inter, extra de re iudica. & Bald. & Ludovic. Roman. in l. si constante. §. quoties. columna pen. ff. soluto matrimon. & rursus Abbas in cap. cum Bertoldus, extra de re iudica. & Cæpolla in cautela 23. & Felyn in cap. inter monasterium, columnam decimaquarta, versicul. limita 8. & Socin. iunior in consilio 50. numero 7. vñlum. 1. & Alexander in consilio 89. viso punto columnam septima, volum. 2. & Felyn. in d. cap. inter monasterium, columnam 16. extra de re iud.

C A P. XXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I. Exceptionem præscriptionis iurans opponere non potest.

A D alias præterea exceptions descendendo, Petrus Gerar. in singula. 19. num. 16. inquit, cum quis t. iuramento adstrictus est, præscriptionem obincere non posse, vt voluit Roman. in l. prima, ver. sic. &

scilicet adde duas notabiles cautelas, &c. ff. de ysucap. Ratio autem, ut ipse inquit, ea est, quia iuramentum actionem perpetuam reddit, ut ipse latius prosequitur, & idem voluit Gozad. in consil. 100. numero 14. auctoritate eiusdem Roman. & Felyn. in cap. fin. extra de prescript. & Socin in consil. 65. volum. primo, & consilio 239. volum. 2. & Doctor. in l. nam & postea. ff. de iure iuruan. & idem voluit Roderi. Suarez in lectura. l. post rem iudicatam, in secundo notabili, in capit. confidet. a ultimo, numero secundo. Vbi dicit quam plures ex recentioribus decipi, cum generaliter loquantur & referant hanc Bartol. conclusioem, dicentes vbi debitum est iuratum præscriptione iuris communis vel statutaria non tolli. Motetur autem Suarez ad ita concludendum per tex. in dicta l. nam & postea. §. si is, qui pro temporali. ff. de iure iuruan. Nam ille text. loquitur in casu, in quo a debito iuramentum delatum fuit creditori, qui iuravit debitorem sibi dare oportere, & ita loquitur Bartol. in dicta l. secunda. §. si rem ff. pro empto. & Bald. in l. prima. Adducit Suarez alium text. in l. sed & si restituatur. §. ex quibus. ff. de iudic. ibi, Quia hoc iuslurandum in locum litis contestata succedit. Rationem refert Bartol. in dicto §. si is, qui. & dicit esse, quia iuramentum sententia vim haber, & ideo ex eo oritur actio, quæ est perpetua, sicut illa quæ oritur ex sententia. Vnde subdit Bartol. in dicto §. si is, qui unum inde maximi momenti oriri, ut scilicet in fine instrumenti inter quosdam celebrati huiusmodi clausula apponatur, videlicet & quia de predictis posset dubitari, debitor detulit creditori iuramentum super contentis in instrumento qui creditor iuravit sibi deberi, prout in instrumento continetur, & dicit illud iuramentum eam actionem quæ ei ex instrumento competit, perpetuam reddere. Et Suarez subdit, pro hac Bartol. decisione esse tex. expreßum, qui loquitur de præscriptione à iuramento perpetua, in l. si duo patroni. §. Julianus ait. ff. de iure iuruan. iuxta illum intellectum, quem sentit gloss. dum dicit, vel coepit quidem, sed nōdum perfectam, quia perpetuatur actio iure iurando, ut l. nam & postea. §. si is, gloss. igitur illa, si text. coniungatur, Bart. conclusionem probare existimat, & latius ibidem prosequitur Suarez.

C A P . XXXI

A R G U M E N T U M .

Iurans, an postea erroris exceptionem.

S V M M A R I A .

- 1 Erroris exceptio à iuramento excluditur.
- 2 Minor si iuret non venire contra contractum venditionis ratione minoris etatis, aut alia quaquam, de causa, & si errans illud crediderit iustum pretium contravenire tamen non potest, nec intentare remedium. l. 2. C. de rescind. vend. & c. cum causa.
- 3 Remedium. l. C. de rescind. vendit. non competit scienti, sed erranti.
- 4 Prohibitum simpliciter, etiam alternatiue prohibitum intelligitur.

Successive ad alias exceptiones transiendo, sciendum est iuslurandum etiam erroris + exceptionem excludere, ut dixit Alexand. in consilio aemno septimo, columna 1. numero secundo, volum. tertio, dum inquit, eam vim habere iuramentum, etiam

si in fine instrumenti appositum sit, ut quando etiam per errorem quis iuret, adhuc etiam eo obligetur, ut notabiliter & clare post alios voluit Imola in capitulo cum contingat, in sua repetitione, post medium, circa finem tertij membra principalia, in versiculo, & per predicta videtur posse dici, quod de iure si minor iurat non contravenire, &c. extra de iure iurand. dum inquit, quod quando minor iurat in contractu venditionis non contravenire ratione minoris ætatis, aut alia quaquam de causa, & si errore ductus iuret, ut quia putet illud quod soluitur esse iustum pretium, ob id tamen quod errauit contra suum iuramentum venire non posse, etiam quod ultra dimidium iusti pretij deceptus sit, & velit remedium, l. secundæ, C. de rescind. vend. & capitulo cum causa extra de emptio. & venditio. intentare, prout communiter tenent gloss. & Doctor. in dicta l. 2. & in d. capit. cum causam. Quod quidem remedium t' scienti non competit, sed erranti, ut notant Doct. communiter in locis paulo ante relatis, per textum in l. prima, in si. ff. de actio. empti. & in l. queritur. §. si renditor. ff. de adil. edito, & voluit Imola in dicto capitulo cum contingat, in p̄allegato versicul. Et licet predictum iuramentum sub ea forma à minore decepto ultra dimidium iusti pretij per errorem praestitum presumatur, ut notauit gloss. & sequitur Barto. in l. quisquis. C. de rescind. venditio. Attamen iurantem obligat, ita ut contravenire sine periurij reatu non possit, & dubitat Imola in dicto capit. cum contingat, & in d. cap. cum causam, an huiusmodi erroris causa ab episcopo absolutione concedi possit, de quo ibi late pertractat. Illud tamen hac de re omittendum non est, q̄ inquit Afflict. in decisio. 80. numero septimo, dum vult id verum esse, & procedere, quando iuslurandum habet illos tres comites, de quibus suo loco dicemus, scilicet vero si iustitiam & honestatem non contineat, ut dixit Ioan. Andr. in nouella, in capitul. primo, de iure iuruan. in sexto. Et ideo inferebat Affl. Et. in ea decisio. ad emphyteusim modico pretio concessam. Præterea hanc eandem conclusionem videtur firmare Iacob. de Arena in l. qui sub conditione, numero 1. ff. de condit. institut. dum inquit facere illas leges, vbi quis iurat non contravenire contractui, ut tunc rescissionem petere non possit, ob id quod dicat se deceptum ultra dimidium iusti pretii, vel ut iustum pretium suppleatur. Nam illud quod prohibitum est + simpliciter, alternative quoque prohibitum esse intelligitur, & habetur in d. l. quæ sub conditione, ut inquit notari in l. rem maioris. C. de rescind. vend. & idem videtur firmare etiam Ioan. Maria. Riminal. in consil. 139. numero 6. volum. 1. & si aliter teneat in enormissima laſione, de qua suo loco dicemus. At M. Antonius Natta in consil. 496. numero 6. volu. 2, voluit, ut si iuretur omnia contenta in instrumento vera esse, licet ex capite laſionis, vel alio contrauenire possit, id tamen nisi obtenta absolutione à iuramento, facere non possit, per ea quæ ibi deducit.

C A P . XXXII.

A R G U M E N T U M .

Iurans, an iuuetur postea exceptione simulationis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum, an excludat exceptionem simulationis.
- 2 Partes possunt remittere iuramentum.
- 3 Periuri effectus ad heredes non transit.
- 4 Partes possunt se inuicem in pretio decipere.

Quæsitum etiam fuit apud antiquos, † an iuramentum simulationis exceptionem excludat: si absolutione non obtineatur? Et eam excludere dicit Affl. & in decisio. 60. num. 1. & voluit Alex. in l. nemo potest. ff. de leg. & Imola in d. capit. ad nostram, extra de empt. & vend. & in capit. cum contingat, in 7. membro, extra de iure iur. & iterum idem Alex. in consilio 36. volum. 2. & Abbas in disputatione sua incipiente, stante statuto condito in Italia. & dicit Affl. predictam decisionem fuisse in sauro illo Consilio approbatam. & idem tenuit Rota Pedemontana. 42. numero sexto, versicul. & licet. Præterea, quod talis exceptio contractui iurato obici non possit, tenet etiam Portius Imolensis in consilio 66. numero decimotertio, argumento dicti capitul. cum contingat, extra de iure iurand. & capitul. quamvis, de pact. in sexto, & docuit Vitalis in tractat. clausula. sub Rub. an iuramentum firmet contractum simulatum. Et idem tenuit etiam Gozadin. in consilio 28. numero 6. & numero 11. & mouetur ex eo quod pars † iuramentum ad suum commodum præstitum remittere potest. capitul. 1. extra de iure iurand. Et ideo eadem ratione periuri exceptionem à iuramento ad suum commodum præstito remittere potest; cum eadem ratio sit: vt dixit Felyn. in capitulo primo, extra de iure iurand. Et ideo si allegetur simulatio, & pars aduersa de periurio opponat, quod periurium remississe videatur: repl. cari poterit, cum contractum simulatum fieri consenserit, & omnia in instrumento apponi ad simulationis confirmationem, vt dixit Imola. in d. capitul. cum contingat, extra de iure iur. Præterea hanc eandem conclusionem tenuit Gozad. in consilio 69. numero 16. cum sequentia.

Hæc conclusio limitatur, vt dixit Affl. & in d. decisio. 60. numero septimo, & non procedit respectu tertij, vel heredum, qui non iurauerint: ipsi namq; contractum illum simulatum dicere poterunt. Nam periuri effectus † ad tertios, vel heredes non transit. capitul. veritatis, extra de iure iurand. & ita limitat Ripa post Salyet. Aret. & Iason ab correlatis, in d. l. nemo potest. nu. 78. & idem voluit Paris. in consilio 54. columna penultima, & fin. volum. primo, & in consilio 55. colum. pen. & fi. in eodem volu. 1. dum inquit, heredem iurantis vt à iuramento absoluatur, non egere existimauit.

Contrariam vero opinionem tenuit Rota Pedemontana in d. decisio. 42. numero 7. versicul. contraria opinio. & mouetur ex infra scriptis: Et primum ex eo quod contractus validus presumatur & verus. l. cum precib. vbi Bald. C. de probat. Nam nemo delinquere presumitur. l. merito. ff. presocio. & tradit Deius in dicto consilio 167. columna prima, in fin. Comprobatur hoc ex eo quod in emptione & venditione, locatione & conductione † contrahentibus tam de iure canonico, quam civili, se inuicem decipere permisum est. l. in causa, la. secunda, §. penult. ff. de mino. & l. item si pretio. §. si. ff. locati, scilicet vsq; ad dimidium justi pretij l. 2. C. de rescinden. vend. & c. pe. extra de empt. & vend. & tradit Anchara. in consil. 157. num. 5. & Castrens. in consilio 303. volum. 2. vbi ipse latius prosequitur.

Hæc conclusio potissimum procedit, si venditor iure et omnia & singula vera esse, vt tunc simulationem allegare non possit, magis communem opinionem esse concludunt Doct. in l. nemo potest. ff. de leg. primo, & in c. cum contingat, extra de iure iur. & Imol. & Alexan. in l. Seiu. & Augerius. ff. ad l. Falc. & Socin. iun. in consil. 50. num. 2. volum. 1. post las. Socin. & Cepol. ab eo deductos. & Gozadin. in consilio 82. dum vult præcedentem conclusionem procedere, nisi iuretur omnia & singula vera esse, sed sit simpliciter exceptioni simulationis renunciatum, & cdeinde iuratum non contravenire, propterea quod tunc arbitratur obici simulationem non posse, obid quod iuramento contrafaceret, vt inquit Imol. in l. Seiu. & Auger. ff. ad l. Falc. quem ibi refert & sequitur Alex. Et ideo hac de re loquens dixit Calde. in consil. 1. in tit. de iure iur. querendo, an iurans contractum possit deinde fictionem opponere ipsius contractus? inquit. Aut quis iurat simpliciter stare contractui, vel simplici contractui: Et tunc probata fictione iuramentum non obstare: Et ita inquit intelligere gl. in l. temptatione. C plus vale. quod agitur, quæ vult nō obstat illius iuramentum, qui iuravit stare cōtractui, vbi opponatur contractum fuisse fictitium & simulatum: Et ideo inquit ad hoc optime facere illud, quod notatur, in cap. in bū. 11. distinctio. & voluit Archidiac. in cap. primo, de cleric. non residen. in sexto. Et ratio est, quia intelligitur iurare contractu vero, non factio, & ita arbitratur glo. illam intelligentiam. Aut vero iurat seruare omnia & singula descripta in contractu, & tunc secus esse arbitratur, propterea quod fictione omnia & singula non tolluntur, & id inquit compobari ex iis, quæ notat Ioan. Andr. in cap. 1. extra de bū, quæ sunt à maiori parte capitul. & facit etiam illud, quod notat Innoc. in cap. venerabilis, in fi. extra de elect. Præterea hanc declarationem refert, & sequitur Aug. Beroius in consil. 170. num. 13. volum. 1. dum inquit, quod licet iuramentum super contractu interposito non tollat contractus simulationem, vt ipse met dixit in eodem consilio, nu. 3. Illud tamen tunc verum esse, quando super cōtractu fuit simpliciter & generaliter iuratum: secus vero si specialiter iuratur omnia & singula in instrumento contenta vera esse, vt in terminis dixit Imola, vbi refert & sequitur Alexan. in d. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & rursus dixit Imola in d. cap. ad nostram. in fi. & tradit Cepol. in tracta. simulat. contr. in 7. presumptione, in fin. cum multis aliis similibus. Iuramentum enim sic interpositum, simulationis & fraudis presumptionem tollit, idem quoque dixit Cardinal. Albensi. in l. fi. quis pro eo, num. 6. ff. de fidei usso. dum querit, si quis iurauerit omnia contenta in contractu vera esse, an possit opponere de falsitate eorum, quæ in contractu continentur, vt dixit etiam Alex. in consil. 131. Subdens eodem in loco, iuramentū eam vim habere, vt si partes contractui stare iurauerint, seu iis, quæ ab arbitris laudabuntur, & aliqua ex partibus contraveniat, ipsam in periurium incurrire, & ad omnia promissa teneri: alteram vero partem ab omnibus promissis liberari, vt est tex. in l. fi. qui major. C. de transact. Quæ quidem lex in quounque contractu locum habet, & idem voluit Cacciapus in tracta. de transactionib. q. 15. Idem quoque voluit Ioan. Marian. Rim. haldus in consil. 61. numero 1. volum. 1. & iterum idem quoque voluit Ioan. Maria. Riminal. in consil. 740. num. 12. & 13. volum. 2. vbi pariter dixit, quod

quod licet simulatio non tollatur à iuramento in contractu apposito, si tamen quispiam iuret omnia & singula in instrumento cōtentā vera esse, & ideo nulla in re contrafactū se esse, tunc iuramentum ipsum iurantem excludere ab ipsa simulationis exceptione, ut ibidem ipse latius prosequitur. Præterea quod iurans omnia & singula vera esse, simulationem allegare non possit, tradit etiam Ruin. in cons. 59. num. 18. vol. 40. qui rursus idem voluit in cons. 135. nu. 3. & 18. vol. 2. nam nu. 3. inquit, stante huiusmodi iuramento omnia scilicet & singula vera esse, dolum præsumptum allegari & obici non posse; & ideo ad transactionem inferendo, quando partes ex certa scientia affirmant, non dolo, vel aliquo errore iuris vel facti ad transactionem deuenisse, dolum vel errorē allegari non posse, & ideo voluit quod licet dici soleat iuramentum contractum simulatum non firmare, ut notatur in d.l. 3. C. plus vale. quod agit. Si tamen iuretur omnia & singula vera esse, simulationem opponi non posse, propterea quod siam turpitudinem detegret. I. transactione. C. de transactio. Præterea idem quoq; firmauit Albert. Brun. in cons. 38. nu. 12. in vol. consil. feud. diuers. & latius ibi pereum, & rursus idem Brunus in consil. 89. num. 5. & 8. eodem vol. consil. feud. diuers. inquiens, iuramentum contraria exceptionem excludere. d. c. debitores, extra de iure iurant. & notant Doct. in d. cap. ad nostram, eodem titu. & Imola in l. si heredi. ff. de cond. & demonstrat. Et ideo ibidem ad eam conclusionem infert, quod sacer pro dotibus promissis cogi possit, nō obstante exceptione deductionis, ne egeat, & id ob ipsum iuramentum, & idem tradit lat. in d.l. nemo potest. nu. 44. ff. de leg. 1. & ibidem, num. 46. inquit id esse valde vtile & quotidianum in practica. & subdit de hoc sāpe consultuisse, vti bi latius per eum. Et ideo Bald. in consil. nu. 1. vol. 4. inquit, quod ille qui iuravit soluere, non potest proprio iuramento contrafacere, etiam si cōtractum fœneratirum dicat, nisi prius absoluatur, & si deinde probauerit tanquam indebitum repetere possit, debet præcise soluere, nec periurium cum periurio compensatur, nisi in eadem re.

Hec autem conclusio limitatur in d. Decisio. Pedemontana 42. num. 9. in versi. primam tamen opinionem, quando excessus in pretio eslet immoderatus, & sic enormis, seu enorimissima læsio, vtputa si dimidium excederet, & sic læsio sit enorimissimam tunc argueretur contractus illicitus, vt dixit Cagno. in l. prima, num. 59. 81. & 98. C. de pact. interempto. & vendi post Roma. Bar. Corne. & Decium, quos refert Thom. Gramma. in decisio. 76. num. 15. Tunc enim dolus re ipsa, & dolus ex proposito æquiparantur, vt in eadem decisio latius ostenditur, & voluit etiam Castrensi. in l. si quis cum aliter. ff. de verborum oblig. & Cagnol. in d.l. 2. num. 11. C. de rescind. vend. & Soc. in consil. 263. & Ias. in consil. 183. volu. 4. & Afflict. in decisio. 322. num. 9. cum sequentibus.

C A P . XXXIII.

ARGUMENTVM.

Iuramenti effectus est, vt reuocabilis actus fiat irreuocabilis.

S U M M A R I A.

i Iuramentum actum reuocabilem, efficit irreuocabilem.

- 2 Reuocabilia suapte naturaiuramentum irreuocabilia facit.
- 3 Pactum de proroganda iurisdictione sui iudicis, & litigandi coram iudice non suo, ante litem contestatam pœnitentia reuocatur: sed si tale pactum si iuramento vallatum, pœnitentia locus non est.
- 4 Contractibus in innominatis correspondiis licet regulariter re integra pœnitentia locum habeat secundum tamen est si sit appositum iuramentum. & n. 7.
- 5 Pacta nouissima licet tollant regulariter priora, attamen secuē est si prima iuramento confirmata sint, etiam quod in nouissimi sit clausula derogatoria.
- 6 Donatio iurata, quod non reuocetur.
- 7 Pacta quedam etiam de iure gentium erant nuda.

Quoniam primo loco tractare, pposuimus illas species, in quibus iusurandum aliquid addit iuri communi, & deinde illas, in quibus nihil addit, sed eas in terminis iuris communis relinquit; superest ut post exceptiones ob iuramentum reiecas, illud inspiciamus, † an iuramentum actum suapte natura reuocabilem, irreuocabilem efficiat: & in hac conclusione, cum multa proponantur, merito de unoquoq; suo loco dicendum erit, & in primis de donatione, de qua Rolan. à valle in consil. 8. num. 26. volum. 1. dicit donationem reuocabilem ob iuramentum fieri irreuocabilem, prout dixit Aret. in consilio 74. columna 2. versicul. prima ratio, per text. in capitulo secundo, in versiculo non contravenire, de iure iurian. in 6. & Bertrand. in consilio 38. columna 1. & in consilio 85. columna 1. & in consilio 175. columna 2. & in consilio 206. columna 2. volum. primo, & Ias. in l. non omnis. ff. si cert. peta. & Crauet. in consilio 214. colum. fin. volum. 1. Confirmatur hæc conclusio ex eo, † quod videmus ea quæ suapte natura reuocabilia sunt, quia darur pœnitentia: si iusurandum accedit irreuocabilia effici, & ideo † si quis pactum fecerit de sui iudicis iurisdictione proroganda, & sic litigandi coram iudice non suo, eo tamen pacto non obstante ante litem contestatam pœnitentiam locum habere. I. si conuenerit ff. de iuri/dict. Verum si tali pacto adiectum sit iuramentum, pœnitentia locum non esse, vt attestantur communiter Doct. in d.l. si conuenerit. Hanc eandem conclusionem tenuit Anton. Gabriel. in libro 2. de iure iurian. conclus. 9. idem in donatione reuocabili, & sic causa mortis: nam suapte natura licet pœnitentia reuocabilis sit. I. quæ mortis, & I. Senatus. §. sed mortis causa. & I. Seio. ff. de donat. causa mort. & habetur in Instit. de donatio. Atamen si in donatione causa mortis promissio de non contraveniendo adiecta est, sed de ea conservanda: tunc nonnulli volunt, eam donationem in donationem inter viuos transfire. I. vbi donatur. ff. de donat. cau. mort. vbi tradit Bartol. in versicul. oppone d.l. cum precario. & gloss. in l. sed & interim, in verbo, donatio, versio. hæc etiam causa mortis donatio. ff. de donat. inter vir. & vxor. & gloss. in verbo, nullo casu, in l. si alienam. §. Marcellus. ff. de donat. cau. mort. & Bartol. in l. fin. colum. 3. in prin. versi. & primo examinamus. C. de pact. & tradit Bald. in l. 2. colum. 1. in fin. versic. primo casu. C. de iure dot. & Alex. in consil. 14. col. 1. in fin. versic. præstatam, vol. 1. & Ang. in consil. 179. col. 6. versic. & ex hoc sequitur. & Castren. in consil. 61. in princ. colum. 2. & in consil. 82. in princ. cod. vol. 2. & Aret. in consil. 41. col. 2. circa finem, versic. quinimo etiam. & in consil. 74. col. 2. versi. prima ratio fundatur. & Soc. in consil. 53. col. 2. versic. & predicit a sola, vol. 1.

la. volum. 1. & Ias. in d.l. non omnis. colum. 2. versi. sed istis non obstantibus. ff. si cert. pet. & Ias. in d.l. quae dotis, colum. 6. versi. limita istam regulam. ff. solut. matrimo. & Socin. in cons. 332. colum. 1. in vers. adduco etiam in proposito. & Ferrat. in caut. 30. colum. 1. & sequen. & Ripa in responso 11. colu. 4. primum quod sit inter viuos. libro 3. & Bertr. in cons. 50. colum. 2. versi. puto tamen esse verius, volum. 3. & in cons. 90. colum. 2. versi. dixi autem. vol. 5. in nouis. & in cons. 85. colum. 1. versi. & insuper. volum. 1. & Ruin. in cons. 82. colum. 3. versi. & eo magis. vol. 1. & in cons. 51. colum. 2. versi. ex alio quoque. vol. 1. & Corn. in cons. 158. colum. fin. versi. tamen huic non obstantibus, vol. 4. & iterum Bertran. in colum. 14. colum. 1. in fi. versi. quinimo. & prout. vol. 3. in nouis. & Cassaneus in consuetu. fol. 255. colum. 2. versi. aduerte tamen ad unum, & Guil. Benedict. in repet. c. Rainutius. in verbo. testamentum. il 4. num. 24. versi. hoc Domini. extra de testam. & Ruin. iterum in consil. 52. colum. 2. versi. & idem est in casu. vol. 1. & in consil. 187. col. fin. versi. & propterea. eodem vol. 2. & Guido Papa in sign. 343. & Corn. in consil. 126. col. 2. versi secundo modo. vol. 1.

Contrarium vero opinione intenuit gloss. in verbo. acceperit. in l. si alienam. §. Marcellus. ff. de donat. cau. mort. & se quuntur Ang. in consil. 154. per iotum. & Bald. in l. cum quis. versi. sed quid si dono. ff. de condic. cau. data. & Alexan. in l. quae dotis. column. 6. versi. sed iuxta hoc. ff. solut. matrimo. & Corn. consil. 126. col. 2. versi. & propterea. vol. 1. & Bald. in consil. 283. Laurentius. in 1. dubio. volum. 2. & Ias. in consil. 6. colum. 4. versi. nec obstat. volum. 3. licet. colum. 5. concordet opiniones. & Bald. in consil. 108. colum. 2. versi. quarto est videndum. volum. 3. & Ias. Crotus in l. stipulatio hoc modo concepta. colum. 12. versi. prima sit conclusio. ff. de verborum oblig. & Alexan. in 2. apostilla ad Bartol. in d.l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort. & Ias. in consil. 66. colum. 5. versi. non obstat si dicatur. volum. 3.

Redeundo tamen ad dicta Antonij Gabriel. quando scilicet interuenit iuramentum super promissione de non contraueniendo. aut non reuocando: omnes admittunt donationem causa mortis ita transire in donationem inter viuos. vt reuocari non possit. vt voluit Castren. in d. consil. 61. in prin. volum. 2. qui loquitur de donatione iurata. prout etiam loquitur Aret. in consil. 74. colum. 2. versi primaria. & ita omnino tenendum dicit Ias. in d.l. non omnis. col. 2. versi. istam conclusionem. ff. de iure iur. & Ferrat. caut. 30. colum. 1. in fi. versi. ubi iunges etiam conclusionem. & Socin. in consil. 53. colum. 2. versi. & predicta sola iunctio versi. & hoc maxime. vol. 1. & Corn. in consil. 158. colum. fin. versi. item iuratur. vol. 4. & Bertran. in consil. 85. col. 1. versi. & insuper. quia. vol. 1. & in consil. 105. col. 2. versi. & hac conclusione. volum. 3. in nouis. & Ruinus in consilio 51. column. 2. versi. ex alio quoque. volum. 1. & iterum Bertran. in consil. 190. colum. 2. versi. duxi autem. volum. 3. in nouis.

Contrarium autem tenuit Corn. in consil. 126. col. 2. versi. & propterea. vol. 1. & Ias. in consil. 60. col. 5. versi. secundo respondeo. volum. 3. & Decius in l. non omnis. ff. si certum pet.

Redeundo autem ad illud. quod supra diximus de pacto prorogationis iurisdictionis. & pacto ligandi coram aliquo iudice. dum supra firmatum est. vt ante litem contestatam reuocari possit. & tamen si accelerit iuramentum. fiat irreuocabile. vt voluit Ang. in d.l. si conuenerit. in versi. similiiter si capio. vbi tradit etiam Fulgos. colum. 3. versi. tertia limitatio.

& ibi etiam Paul. Castren. circa principium. versi. & interdum. & in fin. versi. ad illud autem. & ibi Alexand. colum. 1. in princ. versi. limita primo. & ibi Ias. colum. 1. versi. limita istam. & ibi Decius. qui dicit ab hac opinione non esse recedendum. quia communis est. column. prima in fin. & sequenti versi. & predicta conclusio ibi respondet omnibus pro alia opinione deductio. ff. de iuris. omn. iudic. & Pet. de Anch. in consil. 192. colum. penult. versi. dixi tertio. & Decius in c. 1. col. 12. versi sexto fallit. vbi idem dicit post Imel. ibi. col. fin. versi. ultimi potest queri. extra de iudic. & ibidem Aret. col. 12. In fin. versi. vbi autem pactum. & Fely. in c. ad nostram. colu. penul. versi. tertio pro ista parte. extra de iure iur. & Corset. in tract. de iure iur. colum. 10. speciali. 5. & Ferrat. caut. 30. colum. 2. versi. secundo & fortiter. & Fely. in c. 1. col. 4. versi. tertio fallit. extra de iudic. & Marian. Socii. in c. significasti. col. 19. versi. & aduerte. quia. extra de foro competen. & Bald. in cap. P. & G. col. 2. versi. sed nunquid. extra de offic. deleg. & Decius in l. si quis in conscribendo. col. 4. versi. sed responderi potest. C. de pact. & Alber. Brunus in consil. 12. col. 7. in fi. versi. operatur itaq. & glos. consuet. Turonen. fol. 117. col. 4.

Contrarium tamen. vt inquit Ant. Gabriel. lib. 2. de iure iur. conclu. 9. voluit Butri. in cap. 1. col. 16. versi. sed dubium est. si iurauerit. extra de iudic. vbi tradit etiam Abb. col. 9. versi. secunda quastio est. & gloss. consuetud. Turon. fol. 25. colum. 4.

Has varias. & pene contrarias opiniones. vt eodem in loco inquit Ant. Gabriel. concordat Decius hunc in modum. in consil. 305. col. 2. versi. & supra dictis omnibus. Aut enim. inquit Decius. clausula de non reuocando. & non contraueniendo. in principali dispositione apponitur: & tunc donatio causa mortis. in donationem transeat inter viuos: Aut predicta clausula inter clausulas ponitur accessorias. & tunc remanet donatio causa mortis: & rursus idem dixit Decius in l. non omnis. colum. 3. versi. & quod dictum est ff. si cert. pet. & in consil. 470. col. 1. versi. circa primum. & in l. fin. numero 20. & sequent. versi. secunda conclusio. & Curt. iun. in consil. 56. colum. 1. & sequent. versi. nec obstat. & Ias. in consil. 6. colum. 5. versi. quartus principaliter. vol. 3. & in consil. 60. colum. 6. versi. non obstat. volum. 3.

Aymon vero Craueta alio modo distinguendo has opiniones conciliare conatur in consil. 51. colu. 4. versi. non obstat. dum tertio. vol. 1. inquit enim ipse. de donatione causa mortis loquens. Aut in donatione causa mortis dictum est. se non esse reuocatur. & tunc donatio transeat in donationem inter viuos: Aut vero dicitur non esse contrauentur. & tunc remanet donatio causa mortis.

Alio etiam modo inquit distinguere Corneum in consil. 289. col. 5. versi. nec obstat lex & col. 7. versi. ultimo hac conclusio. vol. 4. Videlicet aut dictum est. q. nullo modo reuocari possit. & tunc transeat in donationem inter viuos: si vero in uno casu tantum reuocatio prohibita sit. & tunc in aliis mortis causa donatio remanet: & idem quoq; esse dicit. si reuocatio indefinite prohibita sit. vt dicitur ibidem. colu. 7. versi. ultimo hac conclusio.

Contra dictum vero. vt immo magis efficiat & operetur pactum. quod non licet reuocare. nisi quodam casu. quam generalis prohibitio reuocacionis. voluit Guilielm. Benedict. in d. cap. Rainutius. in verbo. testamentum. il 4. numero 24. versi. tertio limita. extra de testam.

Ruinus vero, ut inquit eodem in loco Anto. Gabriel ita declarat, in consil. 123. num. 9. vers. nec predictus obstat. vol. i. vt si fiat pactum in donatione causa mortis, vt non possit reuocari: & tunc reuocari non posse, quando scilicet est de illis casibus, in quibus donatione reuocari non solet.

Ego vero id omne a verbis ipsius donationis pendere censuerim, an scilicet magis donationi inter viuos quam causa mortis conueniant: Nam licet ut plurimum donatio causa mortis dicatur illa, in qua mortis mentio sit: dicitur tamen inter viuos, si pactum de ea non reuocanda contineat cum iuramento, vt dixit Bertran. in consilio 88. numero 2. volum. 2. & in d. consilio 103. num. 1. eod. volum. 2. & in consil. 3. num. 2. eod. vol. & iterum Bertran. in d. consilio 11. num. 3. volum. 3. & Iaso. in consilio 5. & in consilio 6. volum. 3. & in consil. 169. vol. 4. cum aliis concordantibus. Plane si donationis verba causa mortis donationem inferre videntur, & tunc mortis causa donatione erit: si vero inter viuos, & tunc inter viuos donatione dici debet: & ideo magis dicendum est, stante illa conclusione, de qua iufra suo loco late dicitur, quod scilicet iuramentum ultra intentionem iurantis non operatur: & ideo quænam fuerit iurantis intentio, investigandum est. & ideo si ea quæ diximus discutiantur, verba ipsarum diligenter à Doctoribus ponderari apparebit.

Dicit tamen Anto. Gabriel in loco predicto, si teniemus primam partem, quæ magis communis videtur, & quam communem dixit Ioan. Crot. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 17. & Ferrat. cauit. 30. eati limitari, & non procedere dicendum esse; ubiunque donatione in vim donationis inter viuos subsistere non potest, vt dixit Ruin. in consil. 51. col. 1. & sequen. versic. & dato, volum. 1. & Marian. Socin. iun. in consil. 21. colum. fin. versic. & pro hoc in fortioribus terminis, volum. 2. & Hieron. Grat. in consil. 20. colum. 1. in fin. versic. tertio dato, volum. 1. & Guilielm. Bened. in d. c. Rainutius, in verbo, testamentum, il 4. numero 25. versic. quæ capit, extra de testam. & Ruin. qui declarat, in consil. 52. col. 2. vers. & idem in casu nostro, vol. 1.

Ampliat prædictam limitationem, vt procedat non solum quando in totū annuletur actio, sed etiam quando pro parte, vt inquit Guilielm. Benedict. in d. c. Rainutius, in verbo, testamentum, il 4. nu. 29. vers. quarta & ultima limitatione, extra de testam.

Secundo loco limitat Anton. Gabriel. eodem in loco, quādo donatio causa mortis sit in testamento, vel codicillis: Nam tunc non obstante pacto de ea non reuocanda, reuocari poterit, vt dixit Guilielm. Benedict. in d. cap. Rainutius, in verbo, testamentum, il quarto, num. 27. vers. limitatur, extra de testam. Ego tamen arbitror ad hanc limitationem animaduertendum esse. Nam huiusmodi limitatione nulla alia ratione, si vera est, procedere potest, nisi quia testamentum & pariter codicilli ultimam voluntatem continent, quæ suapre natura reuocabilis est. Vnde si hæc sit causa limitationis, illud consequetur, vt præcedentes illæ generales conclusiones de quibus supra & infra latius dicendum erit, videlicet præcedens quod iuramentum actum reuocabilem irreuocabilem reddat: & alia de qua infra, quod iuramentum naturam & qualitatem actus, cui adiicitur, sequitur.

Prosequendo præcedentem conclusionem exemplum etiam ponunt Doct. in contractibus + in-

nominatis correspondiis, in quibus licet re integræ detur pœnitentia. l. si pecuniam ff. de cōdict. ob caus. attamen si apponatur iuramentum, securus est, vt inquit Thom. Ferr. in d. cauit. 30. & Ias. in d. l. si pecuniam. & idem tam in pæsto prorogationis iuridictio- nis, de quo supra, quam in dictis pactis nudis, tenet Natta in consil. 607. nu. 3. vol. 3. Et declarando prædicta, inquit quod in his duob. casib. reuocandi, fa- cultas de actus substantia non est: quod d'quidem ex eo satis patet, quod potest pacisci tam ipsa iurisdi- ctionis prorogatione, quam in contractu innomina- to, vt nullo tempore licet pœnitere, vt volue- runt Docto. in d. l. si conuenerit, & in d. l. si pecuniam. ff. de condic. ob caus. Et ideo mirum non esse, si in illis casibus iuramentum irreuocabilitatem operatur, cum habeat vim expressi, vt faciat vt actus valeat omni meliori modo, vt infra suis locis de quolibet particulariter dicetur: & hac ratione aliter in do- natione concludit. Præterea, quod iuramentum a- ctum reuocabilem, irreuocabilem reddat, firmat etiam Neuizanus in consil. 66. num. 35. & tradit Dec. in c. primo, in prima lectura col. 19. versic. tertio, extra de iudic. Item hanc conclusionem, quod iuramen- tum omnes contractus suapte natura reuocabiles irreuocabiles reddat, tenuit Guilielm. Bened. in d. cap. Rainut. in tract. de fidei commiss. subff. in versic. si abs- que liber. more. 2. nume. 24. & dicit ita fuisse decisum per arrestum in parlamento Burdegalense die 21. Aprilis 1501. & idem voluit Barthol. Cassane in consil. 53. numero 61. per ea, qua tradit Iason in d. l. b. pecuniam. §. 1. ff. de cond. ob caus. & in d. l. si conuenerit, columna secunda, ff. de iuris d. omn. iud. & in l. eum qui. §. si iurauero ff. de iur. iur. Et ideo dixisse Ias. in l. pa- tita nouissima, columna prima, C. de pact. quod licet pacta nouissima tollant priorat id tamen non pro- cedere, nec locum habere, si primis iuramentum adiiciatur, & id etiam quod in nouissimis clausula derogatoria sit; & in calu donationis iurate, t quod non possit reuocari, dicit voluisse Guiliel. Benedic. in d. c. Rainutius, in vers. si abq. liber. de quo supra. Illud tamen animaduertendum est, quod Corne. in consil. 135. num. 17. volum. 2. vult, vt iuramentum non firmet pactum t nudum, per ea quæ voluit Bald. in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. & in l. prima, C. de oper. liber. & Angel. in l. iurisgentium, §. quinimmo. ff. de pact. & Salicet. in l. legem. C. de pact. & in l. prima. C. de dot. promiss. & inquit id com- munitet teneri: nam loquitur de iure ciuili, securus vero de iure canonico, quo iure quamplures te- nent, iuramentum pactum nudum firmare, & ideo Corn. in eo vim non facit. Addens etiam iuramen- tum contractum sine causa emanatum non firma- re, etiam si sit vestitus, si fortasse à minore vel muliere conficiatur, prout concludit Bald. in rub. C. de ter. permitt. Sed de hoc infra videbimus in tracta. li- mitationum & casuum, in quibus iuramentum ni- hil efficit ultra ius commune. Et Berous etiam in d. consil. 4. num. 18. vt res propter iuramentum inte- græ non dicatur, firmare videtur. Præterea Bald. in d. l. iurisgentium. §. ob maleficium, num. 2. ff. de pact. voluit iuramentum pactum nudum non vestire ea ratione, quod iuramentum ad solemnitatem inductum non sit: sed (vt ipse ait) ad crudelitatem; & ideo mortuo iurante, eius haeres ex pacto nudo iurato coueniri non potest, cum non vestiat pa- ctum nudum. Et licet securus habeatur in d. authen- tam.

cramenta. id tamen ideo esse inquit, quia iuramentum contractum efficacem reddit, quo sit contractus efficax transact ad haeredes: qd non est, quando ex nudo pacto agitur. Sed id declarando subdit Bal. illud potius secundum canonicam puritatem procedere; quo iure fides quam sibi inuicem dant partes, seruanda est: at de iure ciuili, quo legum solemnitatis introducuntur, secus esse: Alioquin oriatur, secundum Bal. quod ex solo pacto nudo ageretur, & idem efficeret pactum nudum, quod vestitum, & quod pacto nudo actio ipso iure tolleretur, que in foro fori non conueniunt, & si in foro diuino conuenire possint: & id comprobari inquit per tex. in cap. quoties cordis oculus. inf. q. 7. Illud tamen adnotandum est, etiam iure gentium quedam pacta tñ nuda exitisse, que necessariam præstationem & effectum non continebant, vt est text. in l. 1. in prin. ff. de pact. Actiones namq; à iure ciuili introductae sunt. Præterea Augustinus quoq; Berou in c. 1. num. 186. extra de iudic. vult, vt propter iuramentum in contractibus innominatis no sit locus poenitentie contra eorum naturam, vt ibidem ipse prosequitur. Præterea, quod iuramentum super contractibus innominatis appositum, vt poenitentie locus no sit efficiat, tradit iterum Ias. in l. 1. §. cum, n. 21. ff. ne quis eum qui in ius voca. Item quod iuramentum efficiat actum reuocabilem, irrevocabilem, tenuit Guido Papæ in consil. 23. in vers. item per iuramentum, iuxta gloss. in l. si pecuniam. ff. de condic. ob cau. Vbi contractus innominatus suapte natura reuocabilis, efficitur irrevocabilis? & ideo ad donationem causa mortis redendo, licet sit natura reuocabilis, eam tamen iuramentum irrevocabilem reddit. d. l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mort. & ita dictum Bartol. in l. qui Roma. §. Flavius Hermes, locum non habet, vbi iuramentum interuenit. Præterea Antonius Gabriel. eodem in loco inquit, hanc conclusionem ultra glossa de qua supra, tenere Bal in c. que in ecclesiast. col. 5. in fin. in vers. item si fundatarius, extra de constit. & Ias. in d. l. si pecuniam. col. fin. vers. secundo collige, & colum. 3. versicul. sexto limita, vbi etiam Salycet. colum. fin. in fin. vers. transeo ad unam gloss. & Barbat. in c. iurauit. col. 12. vers. item dicit hic Bald extra de probatio. & Corset. qui dicit hanc opinionem esse communem, in tract. de iure iur. col. 7. in fin. vers. secundum priuilegium, n. 29. & Ferrat. in d. caut. 3. o. colum. 2. versicul. quod ea que. Guido Papæ singul. 343.

Contrarium tamen voluit Imola in l. 2. §. sed & si quis, col. fin. vers. sed aduerte. ff. de donatio.

Verum redeundo ad pactum nudum, quod iuramento non firmetur, tradidit iterum Bald. in l. 1. C. de oper. liber. & Angel. in d. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. Præterea etiam quod ex pacto nudo iure iurando confirmato etiam de iure ciuili actio non oriatur, voluit Ioh. Fab. & alij, in fin. quib. mod. re contrah. obliga. in princ. & renent, vt ipse ait, Docto. magis cõmuniter alibi, respondentes ad l. vt iuris iurandi, quod ille text. potius illi opinioni, ad quam adducitur repugnat, quia loquitur de casu speciali. & pariter dicit in hoc concordate tex. in l. fin. de libera cau. & ad l. actori. C. de iure iur. respondet Ioh. Fabri, qd loquitur in iudicio, & sic in casu diuerso. Et post multa inquit communem esse opinionem, qd pactum nudum à iuramento non vestiatur. Alex. in iuris iurandum, quod ex conventione, in prin. ff. de iure iur. Ad dictam vero l. si quis maior, respondit Pon-

tanus non procedere in pacto nudo, vt habetur ibi, in vers. actione priuatus. De iure autem canonico subdit ibidem Pontanus, id dubitationem non habere, stante communi opinione, quod ex simplici nudo pacto actio oriatur, per tex. in c. 1. & 3. extra de pact. Illud etiam animaduertendum est, Parpaliam in d. l. si quis maior, n. 73. C. de transact. voluisse iuramentum etiam de iure ciuili pactum nudum conuolidare, secundum Alex. an. post Rom. & mouentur, quia ex iuramento etiam à lege ciuili inducto actio oriari possit, & si de hoc valde dubitetur, vt ibidem refert Alex. Et ideo subdit ibidem Parpalia, num. 74. huiusmodi articulum, an ex iuramento actio oriatur, valde utiliter esse, & eius utilitatem in medio concludendi consistere: quandoquidem si dicamus orihi actiōnem, uno modo concludetur: si vero non oriatur, alio modo, scilicet iudicis officium implorando, vt partem ad obseruandum compellat. Colligitur etiam alia utilitas, quia de iure ciuili ex pacto nudo actio non oriatur, etiam quod iuramentum apponatur, vt dixit Bar. & supra retulimus. ff. de iure iur. & quod actio oriatur, voluit iterum Alex. in consil. 59. col. fin. volu. 3. & hunc articulum copiose examinat Alex. in d. consil. 59. volu. 1. & Rom. in consil. 437. secundo dubio, per eundem tex. in d. l. si quis maior. Et subdit ibidem Parpalia, disputare ibidem Doct. An iuramentum vestiat pactum nudum, vt non solum oriatur actio ex vestiente, sed etiam ex pacto nudo? Et quia ibi non decidunt, merito dicunt de hoc latente tradere Rom. in consil. 176. col. pen.

Contrarium tamen opinionem, quod iuramento actio non oriatur firmavit Cagnolus in d. l. si quis maior, n. 94. intelligendo tamen ibi stipulationem interuenisse, quicquid dicant Alex. & alij hanc esse diuinationem per ea que ipse deducit.

Sed redeundo ad pactum nudum, an vestiatur interuentu iuramenti. Cynus in l. si tempore, n. 5. C. de oper. liber. primo loco arguendo, & tenendo quod iuramentum vestiat pactum nudum, ex eo mouetur quod iuramentum promissionem vestiat operarum. l. fin. ff. de liber. cau. & tamen vestimentum promissionis est. ergo, &c. Secundo loco mouebatur ex eo, quod ex iuramento actio oriatur. l. actori. ff. de iure iur. Tertio ex eo quod sacramenta seruanda sint in contractibus, vt habetur in d. auth. sacramenta puberum. C. de aduers. vendit. Verum non obstantibus praeditis, idem Cynus quod iuramentum non coualidet pactum nudum, verius esse existimauit: & ratio est, quia iuramentum inter ea que obligationem inducunt, non reperitur. Ergo, &c. l. obligationum. §. placet. ff. de verb. oblig.

Accedit etiam, quod in d. l. fin. ff. de liber. cau. illud speciale est, vt ibi patet. l. si quis pro eo, in prin. ff. de fidei sua. Et ideo contrarium disponere ius cõmune, certum est l. 1. in fin. ff. ad municip. Et ideo subdit hanc secundam opinionem esse veriorem: Et ideo ad text. in d. l. actori, respondendum esse arbitratur ibi super præterito. iurari conrractu: ac etiam super lite decidenda. Et ad text. in dicta auth. sacramenta puberum, respondet ibi no iurari super obligatione future præstationis, sed sub præsenti, vel iuratur ad conuolidandum contractum, vt latius ibidem Cynus prosequitur.

Ias. etiam in d. l. iurisgentium §. si cum nulla, num. 21. ff. de pact. pariter voluit, pactum nudum iuratum actionem producere, per text. in d. l. si quis maior. C. de trans-

de transactio. & si alioquin ex iuramento simplici de aliiquid in futurum praestando actio non oriatur de iure ciuili, nisi in liberto. d.l. vt iusfirandi, in princ. & ibidem tradit Bart. ff. de oper. liber. cum similib. & ita inquit fortasse sub dubio tenere Mathesil. in notab. 11. incipiente, nota nouam regulam, de quo loquitur etiam Salycket. in l. legem. C. de pact. & Ludouic. Roman. qui contrariam opinionem, vt iuramento non confirmetur, nec vestiatur confirmat. l. i. in princ. ff. de verb. obligat. & Butr. in cap. cum contingat, extra de iure iuran. Verum idem Ias. in d.l. si quis maior, num. 23. C. de transaction. inquit ibi esse text. contra communem opinionem, quae vult, vt de iure ciuili iuramentum pactum nudum non vestiat, ita ex ipso pacto agi possit, nisi in liberto, vt est text. in dicta l. vt iurisfirandi, in princ. ff. de oper. liber. & ita inquit tenere gloss. & Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & tradit Bald. in l. i. C. de oper. liber. & in authent. sacramenta puberum, in fin. C. si aduers. vendit. & in l. cum antea. per illum text. in versic. exceptis. C. de arbitr. quem ad hoc singularem reputat Angel. in dicta l. iurisgentium. § quinimo. ff. de pact. & tradunt Canonistae in d. cap. cum contingat, extra de iure iuran. Etilicet Ias. subdat text. in d.l. si quis maior. contrarium inferre, dum in eo text. dicitur, actione priuatus: ex quo priuato presupponit habitum. l. decem ff. de verborum obligat. & l. remittit. ff. de iure iuran. & l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. & ideo praesupponat quod actionem habeat ex pacto nudo, & ideo ab ipso iuramento prouenerit, prout etiam ponderat illum text. Raphael Cuman. in rubr. ff. de verborum obligat. & Ludouic. Roman. in l. i. in princ. eod. tit. & Mathesilanus in notab. 37. Præterea, quod iuramentum non conualidet pactum nudum, tenet Didac. in tit. de pact. in §. 2. num. 4.

C A P. XXXIV.

A R G V M E N T V M.

Iuramenti effectus, vt conualidet actum nullum.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum conualidat actum nullum, & contractum nullum.
- 2 Iuramentum, an & quando conualidet donationem inter virum & vxorem, & num. 3.

AD vltiora procedendo, illud pro regula firmandum est, iuramentum + actum nullum, & contractum nullum confirmare: & ideo stante huiusmodi generali conclusione, ad specialia descendendo, querunt Doctores, an iuramentum + donationem presentem inter virum & vxorem conualidet? Hac in re Guiliel. Mayner. in l. qui in ius, nu. 7. cum sequen. ff. de reg. iur. querit, an interueniente traditione, vel quoquis alio, traditionis loco, donationem inter virum & vxorem confirmetur iuramento? Et dicit Doct. de hoc inuicem altercari, prout etiam inter eos esse de hoc magnam controvrsiam attestatur Iulius Clarus in §. donatio, in quest. 9. & Hieron. Gratus in consil. 36. num. 27. vol. 1. & Decius in consil. 202. num. 1. Nam Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. vt talis donationem inter virum & vxorem iuramento confirmetur existimauit: & dicit antiquam fuisse Guiliel. de Cunio opinionem, quem sequitur Albericus in l. sed & si possessori. §. item si iurauero.

ff. de iure iurando. & eandem conclusionem firmasse Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. vbi idem quoque voluit Imola, & Federic. de Senis, vt inquit Maynerius in loco predicto. & mouetur ea ratione, de qua in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. & in dicto cap. cum contingat, extra de iure iurando. & Panormitan. Imola, & Benedict. in dicto cap. cum contingat. & Maynerius in dicta l. qui in ius, num. 7. ff. de reg iur. qui dicit, hanc esse communem opinionem in iudiciis, & iterum idem voluit Bart. in l. qui testamentum. ff. de probation. & Socin. senior. in consil. 66. & sequen. vol. 1. vbi inquit longe plures & excellentes Doctores maiorisque authoritatis iam amplecti. Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum firmet donationem inter virum & vxorem, tentuit etiam Ioan. Anton. Rub. Alexand. in consil. 54. num. 3. & dicit esse communem, & Alexand. in consilio 54. numero 8. & 13. volumine 7.

Contrariam vero opinionem, quod scilicet donationem inter virum & vxorem iuramento non firmetur, tenent magis communiter Doct. & mouetur ea ratione, quod sit contra bonos mores, & ideo iuramento non firmetur: Sed de hoc an iuramentum actum contra bonos mores confirmet, suo loco videbimus. Sed redeundo ad rem nostram, quod talis donatio tanquam sit contra bonos mores iuramento non confirmetur, videtur textus in c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. & facit text. in l. pacta. que contra. C. de pact. Hanc præterea conclusionem videtur tenuisse Bart. sibi contrarius, in l. i. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. & cum sequi Cyn. in l. i. in fin. C. de sacros. eccl. & huius opinionis fuit Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Item sequitur Roder. Suarez in d. l. i. num. 23. in tit. dellas arras, hanc eandem conclusionem, & dicit eandem tenuisse Bart. sibi contrarium, in d. l. si quis pro eo, in vlt. ver. ff. de fideiussor. dicens ideo donationem inter virum & vxorem iuramento confirmari, quia ad utilitatem priuatorum prohibita est, ne unus diutior fiat, alter vero pauperior præ nimio amore. Vnde ipse Guiliel. in d. l. i. ff. de nonat. inter vir. & vxor. & in l. sed si possessor. §. item si iurauero. ff. de iure iurando. & Ioan. And. in addit. ad Specul. in rub. de donat. inter vir. & vxor. in quest. fin. & Cardin. in clemen. 1. §. porro, quest. 5. de iure iurando. & Bart. in quodam consilio, incipiente, dicit statutum. & Angel. in l. penult. §. mulier. ff. soluto marrim. & Castrensi. in l. pacta que contra. C. de pact. & Bald. in l. 2. ff. de iure iurando. & Angel. in d. consil. 54. & Raph. Fulgos. in d. l. si quis pro eo. & Bart. in l. i. ff. de donat. inter vir. & vxor. & Feder. de Senis in consil. 140. Hanc præterea conclusionem sequitus est Alex. in consil. 8. vol. 2. & dicit Roderic. Suarez eod. in loco, esse magis communem. Item, vt inquit Iulius Clarus in §. donatio, hanc conclusionem iterum tenuit Bart. in d. l. Seius & Augerius. & Socin. pariter sibi contrarius, in consil. 77. post num. 15. versic. nec obstat septima, vol. 1. & dicit Clarus eo in loco, ita concludere communiter Doctores. Hanc etiam opinionem dicit esse magis communem Imola in d. cap. cum contingat, post num. 89. extra de iure iurando. & rursus Alex. in consil. 157. num. 17. eod. vol. & in consil. 152. num. 6. vol. 6. & in consil. 54. num. 8. vol. 7. & Aret. in consil. 74. nu. 6. quem refert Soc. iun. in consil. 44. nu. 6. vol. 2. & Ruin. in consil. 132. nu. 3. vol. 4. & in consil. 137. nu. 2. eod. vol. & Corn. in consil. 163. vol. 1. & in consil. 37. vol. 4. & Abb. in cap. fin. nu. 9. extra de donat. inter vir. & vx. vbi inquit, hanc opinionem communiter teneri, & in

consil. 95. num. 1. vol. 2. quem refert Thom. Gram. in de-
cis. 103. num. 73. & Ias. in l. pacta que contra, num. 5. C.
de pacto vbi etiam tradit Decius num. 7. & in consil. 222.
post num. 6. in consil. 240. num. 1. & Claud. in l. is, cui
bonis, num. 24. ff. de verborum obligat. & in l. si diuortio,
num. 11. eodem tit. & Ruin. in consil. 190. vol. 1. & in con-
sil. 179. num. 3. eodem vol. & Bertran. in consil. 175. num.
3. vol. 4. & in consil. 163. post num. 1. vol. 5. & in consil. 208.
num. 5. vol. 6. & Rub. Alex. in consil. 25. num. 5. & in con-
sil. 54. num. 3. & Paris. in consil. 86. nu. 14. vol. 3. & Petr.
de Anch. in consil. 308. nulli dubium, &c. & Ripalib. 3. re-
spns. c. 4. num. 5. & c. 6 per ratum, & in c. 17. num. 1. &
Alciat. in d. c. cum contingat, num. 196. & in l. probrum,
in vers. non natura. ff. de verb. sig. & Bellon. in consil. 4. nu.
2. in fin. & in consil. 87. nu. 3. & Crauet. in consil. 81. post
num. 1. versic. sed premisus. & in consil. 229. post num. 4.
versic. qua conclusio. & in consil. 245. post num. 12. versic.
sed dicatur. & Soc. iun. in consil. 47. nu. 15. vol. 3. & Duen-
nas in reg. 219. in 2. ampliat. versic. sequutus tamen. &
Alba in consil. 4. num. 12. & Didacus Couar. in rub. de te-
stam. in 2. part. num. 10. Et subdit Clarus ab hac op-
pinione tanquam apud Doctores nostri temporis in-
dubitabili, nec iudicando nec consulendo recedē-
dum esse: cum in hoc casu clarum sit, iuramentum
sine interitu salutis aeternae obseruari posse, & præ-
fertim cum praeditum non sit super tali promissio-
ne contra bonos mores.

Stante huiusmodi conclusione, quod scilicet iu-
ramentum confirmet donationem inter virum &
vxorem: in aliquibus casibus limitari animaduer-
tendum est; & primum in præsumpta donatione,
vt dixit Socin. in consil. 65. vol. 1. in consil. 54. num. 34.
volum. 1. & rursus idem Gratus. in consilio 55. numero 40.
volum. 1. & est, vt ipse dixit, communis opinio, de qua
tradit Decius in consilio 202. Attamen si iuramen-
tum sit promissorium, valet, vt dixit Socinus in con-
silio 28. volum. 3. & Bald. nouell. in tractatu de dote, in
10. parte, colum. 4. & Corn. in consilio 284. in fin. volum.
1. & in consilio 37. in princip. volum. 4. & Aret. in consilio
74. diligenter, in secundo dubio. & Curtius junior in
consilio 95. in 4. conclusione, num. 5. Gratus in consil. 36.
num. 27. vol. 1.

Secundo limitatur, vt non validetur in præiudi-
cium creditorum, vt inquit Gratus in consil. 54. num.
35. vol. 1. & dixit Castren. in consil. 116.

Tertio limitatur, vt dixit Marquardus in tract. de
Iudaïs & aliis infidel. in 2. parte, cap. 8. num. 8. in iu-
ramento Iudæorum, & aliorum infidelium, vt dixit
Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, col. 3. versic. Quero in
feud. tit. de pace iuram. firman. & Socin. in consil. 65. col.
penult. versic. postremo, quod iuramentum. vol. 1. vbi in
terminis nostris concludit, iuramentum Iudæi do-
nationem inter virum & vxorem non validare, &
idem inquit tradere Roman. in consil. 155. circa fin.
vbi inquit non teneri Iudæum ad obseruantiam
compromissi iurati, quicquid in contrarium dixisse
videatur in l. qui superstis. ff. de acquiren. hered. Sub-
dit tamen de hoc Marquardus eodem in loco, cir-
ca hoc Paul. Castren. in consil. 90. visa quadam scriptu-
ra, vol. 2. hunc in modum distinguere: vt scilicet in
eo casu, in quo iure ciuili vel statutario contractus
reprobatur, iuramentum à Iudæo vel infideli præ-
stitum contractum non conualidare: & tunc qua-
tenus pertinet ad ipsos Iudæos & infideles per ius
canonicum non intelligi recessum à iure ciuili: si
vero interponatur iuramentum super contractu-

vel actu, quem ius ciuile approbat vel saltet non
reprobatur: & tunc iuramentum etiam inter ipsos
Iudæos vel infideles contractum validet; & ita re-
sideret, vt inquit Marquardus eodem in loco. Quod se-
quitur etiam Ruinus in consil. 159. col. penult. & fin.
vol. 5. & dicit de mente Bald. in dicto §. item sacramen-
ta dum ait, vel dic contra, quia eos arctat Impera-
tor, & subdit, idem tenere Socin. ex mente eius-
dem Bald. in dicto consil. 66. frustra plenitudini, colum.
penult. & fin. volum. 1. vbi etiam Socinus multa alia di-
cit. & Guido Papa in consilio 204. num. 23. versic. sed in
casu isto.

Illud autem, † quod supra firmauimus, quod iu-
ramentum conualidet donationem inter virum &
vxorem, verum est & locum habet, vbiunque iu-
ramentum in debita forma interuenierit: at secus
est, si scripturæ, vt supra declarauimus tractæ non
fuerint: vel nisi corporali iuramento contrahentes
inuicem fidem promiserint, prout communiter te-
nent Legistæ in d. auth. sacramenta puberum. C. si ad-
uers. vendit Nam l. illius tituli, loquitur de iuramento
corporali, & ideo alia auth. pariter de eo intelli-
gi debet, propterea quod ius interpretans, secun-
dum materiam & naturam iuris interpretati intel-
ligi debet, vt habetur in §. 1. in Auth. de filiis ante instru-
do. collat. 3. & est notabilis gl. in clem. statutum, de elect.
in cap. anteriori, 2. quest. 6. super verbo, restituzione. &
tradit gl. in c. is qui, de elect. in 6.

Canonista vero tenent idem quoque procede-
re, si iuramentum in forma non præstet tangen-
do scripturas, & sic corporale iuramentum non in-
terueniat, per ea, qua habentur in d. c. quamvis pactum,
& in d. cap. cum contingat. propterea quod iuramen-
tum etiam verbis præstitum ad periurium obligat,
& si corporaliter dicitis iuribus præstari debeat, &
facit text. in c. & si Christus, extra de iure. & c. si ve-
ro, eodem tit. vbi habetur iuramentum illud seruan-
dum esse, quod sine interitu salutis aeternæ seruari
potest: & cum Canonistis subdit Maynerius ibid.
num. 10. tenere Ioan. Fabric. in d. auth. sacramenta. &
ad hoc adducit text. in cap. ad aures, extra quod metus
caus. vbi Panormit. & idem quoque tenere Imola. in
d. cap. cum contingat, in sua repetitione: addens præte-
rea, quod licet vbi de iuramento tractatur, standum
sit iuri canonico, d. cap. quamvis. Attamen Legista-
rum opinionem in iuramento assertorio locum ha-
bere posse, tempus præsens vel præteritum con-
cernente. Nam si minor verbali iuramento se ma-
iore afferat, vtique non obstante tali iuramento
ad probandum contrarium admittitur: secus vero
si sit corporaliter præstitum, vt est text. in l. si alterius.
C. si minor se maior. dixer. Si vero sit iuramentum
promisorium, tam obligat verbis, quam corpore
præstitum, vt dixit Imola, quem sequitur Benedict.
qui post Calder. inquit ad substantiam iuramenti,
vt verbum, iuro, exprimatur necesse non esse, quod
Decius explicite vel implicite interponatur, vt ha-
betur in dicto cap. & si Christus. & id comprobari ex iis
arbitratur, que notantur in cap. querelam, eodem tit.
Imo, vt supra diximus, subsistit iuramentum super
qualibet re præstitum, etiam quod sit lignum, vel
lapis ille, super quo præstat, vt notat gloss. in dicto
§. item sacramenta. in tit. de pace iuram. firman. & gloss.
in Auth. iusurandum, quod præstat. ab his, coll. 2. & tra-
dunt Doct. in d. cap. cum contingat, & in clem. 1. de heret.
& gloss. in cap. vt circa, de elect. in 6.

Eadem

Eadem ratione dixit Socin. senior *in consil. 61. num. 1. vol. 1.* iuramentum assertorium donationem inter virum & vxor. non confirmare: & ideo subdit opus non esse illas dubitationes aggredi. An vera vel ficta donatio inter coniuges iuramento firmetur confirmatorio: cum iuramentum assertorium donationem non confirmet. Hanc quæstionem dicit Socin. senior decidere Cynum *in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. 61. vol. 1.* dum ait, quod licet iuramentum assertorium huiusmodi donationem confirmet, cum futurum respiciat, & in eo non est quicquam omissum: scus tamen de assertorio dicendum est, ex quo præteritum respicit: utputa si vir a liquid ab uxore in fraudem donationis habuisse fassus sit: Nam si falsum iurauerit eum in periurium incurtere dubium non est, quo sit ut non sit ita favorabile, ut in terminis tradit Bart. *in d.l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3. & optime facit illud, quod notat idem Bart. in l. qui testamentum. ff. de probat. & Bald. in l. quod de suo. C. de dote cau. non num. & in l. 1. col. 5. C. de inoff. donation.* Et hanc conclusionem sequitur Imola in dicto cap. cum contingat, extra de iureuran. & licet deinde contrarium attentare videatur, illud tamen non firmat, cum hæc magis communis conclusio, quam iterum tenuit Bart. *in l. Aurelius. §. fin. ff. de liber. legata. & Saly. in l. hac dictali, in princ. in 7. quest. 7. de secun. nupt. vbi volunt, quod si maritus in testamento confiteatur vxori sua centum debere, & ea iurat ab ea receperisse, huiusmodi mariti confessionem, etiam quod sit iurata, seruandam non esse, propterea quod iuramentum præstitum super eo, quod est de præterito. Seruandum non est, tanquam in fraudem legis præstitum sit, quæ præsumit, talem confessionem animo donandi uxori factam esse, & in fraudem l. maritum prohibentis donare uxori constante matrimonio, d.l. qui testamentum. ff. de probat. & d.l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3.* Et ideo dixit Imola per text. *in authentic. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. leges antiquas in iuramento promissorio, non assertorio correctas esse: & de assertorio loqui text. in l. si alterius. C. si minor se maior. dixer. & de hoc inquit ibidem Socin. esse decisionem Ioh. Andr. in addit. ad specul. in §. vt autem, circa princ. in addit. qua incipit, ad hoc. & ea quæ præmissa sunt. in tit. de sentent. quam referi & sequitur Ludovic. Roman. in consil. 12. & hanc conclusio nem late prosequitur Roman. in rubr. ff. de iureuran. in 1. quest. sequitur Bart. in d. §. Titia. & ultra predictos hanc conclusionem sequitur Bald. in l. Lucius ff. de exception. & latius ibidem Socin.*

Præterea, quatenus pertinet ad iuramentum assertorium, dixit Curt. iun. *in consil. 95. num 5.* quod licet essemus in casu controversie Doct. contendunt, an donatio inter virum & vxorem iuramento confirmetur: ex eo videtur quod in casu nostro non confirmetur, quia est iuramentum assertorium, non autem assertorium: & supra firmavimus iuramentum assertorium donationem inter virum & vxorem non confirmare. Ideo autem dicit esse illud, quod ponitur in instrumentis iuramentum assertorium, non assertorium, quia tantummodo post confessionem & protestationem factum est; & dicitur in eo quod ita iurauit talis scripturis, & ideo est solum assertorium eorum, quæ dicta fuerunt, non autem promissorium, vel obligatorium in futurum; quo casu, inquit

Curtius, communem esse opinionem, quod iuramentum assertorium donationes inter coniuges factas non conualidet, ut supra diximus, & voluit Cynus *in d.l. 1. C. de sacrosanct. eccl.*

Quoniam in hanc materiam donationis inter virum & vxorem incidimus, pro limitatione & declaratione illius, illud omittendum non est, quod dixit Bald. *in consil. 294. num. 2. vol. 3.* dum vult, ut si donatarius præmoriat, lex eam reuocet, & caducari reddat, & ideo in eo casu periurium esse non posse, quia non est factum hominis, sed legis, l. à marito, C. de donation. inter vir. & vxor. & notatur in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & voluit Cyn. *in l. 1. C. de sacrosanct. eccl.* Stantibus igitur prædictis queritur, an in huiusmodi præcedentia donatarii casu donatio inter virum & vxorem iuramento conualidetur? Hac de quæstione loquens Bald. *in eo consil.* inquit Federic. de Senis *in consil. 135.* voluisse tam donationem iuramento confirmari, & illico valere; id quod ex eo comprobatur, quod ita donans deinde alteri donare non possit: & ideo, ut ipse inquit, non curetur, quis nam eorum præcedeat, donas scilicet, vel donatarius. Id tamen non probat ibi Bald. cum dicat, aliud esse, an possit domino iurante reuocari; aliud si donatarius præmoriatur, & sic in causam caduci conuertatur, & sic limitatur prædens regula & conclusio, ut iuramentum non conualidet donationem inter virum & vxorem, si donatarius præcedeat. Posset etiam fortasse dici Bal. illud Federico tribuere, quod ipse non dicit; Quia, ut mihi videtur, dum inquit quod donans non potest deinde alteri donare, ad casum mortis donatarii non infertur. Sed quod loquatur viuente donatore, dicendum videtur; nisi fortasse dicamus quod confirmet interim, quod à iuramento procedere videtur. Redeundo præterea ad iuramentum assertorium, Ruin. *in consil. 69. nu. 14. vol. 2.* inquit, cum iuramentum super confessione interponitur, quæ de præterito est, ut siat fraus legi, quod iurans contra veritatem præsumptam illico iuris præsumptione periurus efficiatur; & ideo iuramentum seruandum non sit, Bart. autem loqui de vera donatione, quæ non recipit præteritum, sed futurum, ex quo maritus non contravenire promittit, & ideo seruandum esse, & ita cōcordat, vbi latius Ruin. ipse prosequitur.

Vltra prædicta ad illud in hac materia animaduertendum est, quod dixit Ruin. *in consil. 141. nu. 4. vol. 1.* dum vult, differentiam esse inter iuramentum de præterito, & iuramentum de futuro; Præterea quod iuramento de futuro donatio inter virum & vxorem validetur. d. cap. cum contingat, extra de iureuran. & tenent communiter Doct. ut supra retulimus: si vero iuramentum sit de præsenti vel præterito, donatio prædicta non confirmetur, & sic videtur concludere iuramentum de præsenti: quando tamen respicit futura vel per conceptum sit per verba futurum respiciens, ita ut videatur addenda illa limitatio, ut licet iuramentum de præsenti non validet donationem inter virum & vxorem, limitetur tamen si donatio inter virum & vxorem futurum respicit, vel per verba futurum respiciens concepta est, ut ibidem latius prosequitur Ruinus.

Limitatur etiam præcedens conclusio, quod donatio inter virum & vxorem validetur iuramento, si vera donatio sit: scus vero si sit ficta & simulata. Nam tunc iuramento non conualidatur, ut voluit

gloss. in l. emptione. C. plus vale. quod agit. & ita inquit
Ruin. in consil. 130. num. 4. vol. 1. concludere Maria in spe-
cie, in d. consil. 65. & idem tenere Barib. Socin. in consil.
sequen. quod incipit. frustra plenitudini, &c. de quo con-
silio meminit idem Socinus in l. col. fin. vbi eisdem ratio-
nibus mouetur. ff. soluto matrimon. & hanc conclusionem
sequitur Menoch. in consil. 39. num. 74. cum seq. vol.

C A P. XXXV.

A R G V M E N T V M.

Exemplum, in donatione inter
patrem & filium, item à minore in re
immobili facta, an iuramento vali-
detur.

S. V. M. M. A. R. I. A.

- 1. *Donatio inter patrem & filium, an confirmetur iu-
ramento, & quando non confirmetur.*
- 2. *Donatio rerum immobiliarum à minore facta, etiam
cum decreto iudicis, licet sit ipso iure nulla, iurca-
rando substitetur.*
- 3. *Conuentio inter fratres inita, vt vnius alteri in bonis
& hereditate premonientis sine liberis masculis suc-
cedat, an valeat.*

Quoniam donatio facta à patre filio suo fami-
lias in potestate existenti non subsistit. l. dona-
tiones, quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. &
tradit Alber. in l. si pater, circa princ. C. de inoffic. testam.
Paris. in consil. 16. num. 19. vol. 2. Nam quicquid ac-
quitit filius, acquirat patri: vtique iure impossibi-
le est, vt pater filio aliquid donare possit, ita vt in
ipsum dominium transferatur, cum neque momé-
to apud eum esse possit, sed illico in ipsum patrem
donantem reuertatur: merito fuit apud antiquos
dubitatum, an huiusmodi donationes iuramento
confirmentur? Et magis communiter conclusum,
vt addito iuramento à principio valida reddatur; &
licet de hoc fuerit aliquando apud antiquos dubi-
tatum, hoc tamē tempore sere omnes hanc sente-
tiā, vt confirmetur, amplectuntur. Eam namque
in primis tenuit Bald. in l. fin. num. 8. C. de ysucap. pro
donat. & dicit esse communem Alexand. in consil. 8. vol.
2. prout illum refert Ruin. in consil. 121. num. 1. vol. 1. & si
Alexand. eo in loco, prout supra vidimus. num. 3. de dona-
tione inter virum & vxorem loquatur. Præterea hanc
eandem sententiam sequitur Corn. in consil. 289. vol.
4. prout illum refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro
Marchione Velez. fol. 84. post nu. 20. & Socin. in consil. 91.
num. 8. vol. 1. & in consil. 107. num. 1. vol. 3. & in consil. 131.
num. 3. vol. 4. & in l. frater a fratre, col. penult. & fin. ff. de
condict. indeb. & in consil. 184. col. fin. versic. preterea talis,
vol. 2. & in consil. 118. num. 1. vol. 4. & Decius in l. si dona-
tione, num. 33. C. de collat. & in consil. 216. num. 2. & in
consil. 239. num. 1. & in consil. 414. num. 12. & in consil.
432. num. 5. & in consil. 631. post nu. 5. & in consil. 688. post
num. 11. & Bertran. in consil. 39. nu. 1. vol. 4. & in consil. 89.
num. 2. eod. vol. & in consil. 144. num. 1. eod. vol. & in consil.
173. num. 3. in eod. vol. & in consil. 206. num. 7. in fin. in
eod. vol. & in consil. 8. num. 1. vol. 5. & in consil. 138. num. 4.
in eodem. vol. & in consil. 97. post num. 1. versic. preterea,
vol. 6. & in consil. 203. num. 5. in eodem vol. & d. consil.
208. num. 6. in eodem vol. & Ripa in l. si vñquam, num.
35. C. de revocan. donat. & lib. 3. respons. cap. 5. num. 4. &
cap. 4. post num. 8. & Rubens Alexandrinus in consil. 130.

num 5. & in consil. 145. num. 10. & Paris. in consil. 53.
num. 3. vol. 1. & in consil. 33. num. 35. vol. 3. & Alciatus in
cap. cum contigat, num. 209. extra de iureiuran. & in l.
probrum, in versic. non natura. ff. de verborum significa-
tionib. & Bellonus in consil. 15. post num. 12. & Crauet. in
consil. 19. num. 1. & in consil. 102. post num. 1. versic. sed
præmissis. & in consil. 136. num. 2. & Gratus in consil. 7.
num. 3. vol. 3. & in consil. 63. num. 23. in eodem vol. &
Ioan. Dilect. in tract. de arte testan. tit. 3. caut. 2. num. 2.
& Duennas in reg. 219. in secunda ampliatione, versic. pro
qua opinione. & Neuza. in consil. 8. post num. 3. vbi re-
censet authoritates quanplures, vt habetur in apostilla ad
consilium Riminaldi senioris 383. sub num. 13. Et iuxta
hanc conclusionem in f. cto iudicauit parlamen-
tum Delphinatus, vt ait Guido Papa in decis. 146. &
in quest. 226. num. 1. & Guiliel. Benedict. in versic. ma-
trim in super Claram, num. 50. in 1. part. & refert Iulus
Clarus lib. 4. sententiar. in §. donatio. in quest. 8. versic.
sed quare, Tuscu. Hæc namque incapacitas, quæ est
in contractibus inter patrem & filium, cum à iure
ciuili introducta sit, naturalem oriri obligatio-
nem non impedit; ea igitur præsupposita dubitan-
dum non est, quin iuramento confirmetur. Hæc
autem quoniam in practica nullam dubitationem
habere videntur, inceptus esset aduocatus, qui in ea
disceptionem reducere veller. Præterea hanc
eandem sententiam tenuit Aret. in l. placet. ff. de ac-
quiren. heredit. & Ioan. Crotus, & Ioan. Baptist. à san-
cto Seuerino in d. l. frater a fratre. ff. de condiction. in-
debit. Vbi attestatur hanc esse communem opinio-
nem, & rursus eandem opinionem firmavit Aret.
in consil. 72. num. 8. & Augustinus Berous in consil. 49.
num. 40. vol. 1. & Ioan. Andr. in addition. ad Speculat. in
tit. de testamen. §. 1. versic. pone. filius. & Bald. in l. fin. C.
de ysucap. pro donat. & rurus Bald. in l. 2. col. 49. ff. de
iureiuran. & iterum Bald. & Alex. & Lancelot. in l.
si donatione. C. de collation. & Decius in authent. ex testa-
mento, in fin. col. 4. C. eodem tit. & Ioan. de Anania in
cap. iuramento, il seconde, in 2. notab. extra de homicid.
& iterum Bald. in consil. 362. premittendum, vol. 3. &
Corn. in consil. 42. plura dubia, col. 2. & in consil. 267.
quamquam videatur, colum. 2. in versic. donatio. & in
consil. 306. opportunum & expediens, colum. 3. versic.
tamen his non obstantibus. & Bologninus in consil. 64. vt in
præsenti consultatione, colum. 1. & AEgidius Bellamera
in consil. 17 contrahens, antefinem. & Iacob. Balduin. &
Guido Papa, vt refert curia Delphinat. que ita iudicauit,
decis. 146. Immo si dicta donatio, & Decius in consil. 239.
primo non videtur, & in consil. 688. ad confirmationem,
num. 12. & Lancelot. & Bald. nouell. col. 4. ff. de verb. obli-
gat. quem ibi refert. & sequitur Galiaula, cart. 12. col. 4.
& Anton. Petruia in tract. de virt. iuramen. in primo ef-
fectu. & Guido Papa in consil. 24. viso facto, col. 4. versic.
& si forte, vol. 1. & in consil. 87. pro declaratione, colum.
4. versic. nec potest dici. & in consil. 104. præsuppositis, ver-
sic. penult. & in consil. 31. viso ad plenum, colum. 5. & late
Ferdinan. de Loazes in repetitione l. si filius familias. §. Di-
ui, num. 95. ff. de leg. 1. & la. in consil. 147. volum. 2. vbi
loquitur de assignatione dotis facta filiæ, & Con-
stant. de Bargis in tract. de contract. vetitis, in combina-
tione 39. circa finem, qui ponderat ad hoc text. in cap. si
annum, in fine, de iudic. lib. 6. iuncto cap. fin. de foro com-
peten. eodem lib. 6. & Bald. in d. cap. cum contigat, extra
de iureiuran. vbi dicit has subtilitates & fictiones iuri-
s ciuilis in foro conscientiæ attendendas non es-
se. & ibidem Panormitan. colum. fin. & idem tenuit Cor.
set. 13

ser.in repetit.rub.de iure iuram. priuile. 24. vbi refert Aret. in consil. 72. in fin. & Anton Bauer. in tract. de virt. iuramen. versic. 26. Etsi dicat Aret. firmare non audere, sed dici posse quod inclinet in hanc partem, prout eam alibi expresse sequitur, videlicet in consil. 17. consideratis, col. 3. & in l. placet, col. 2. versic. quarto adde. ff. de aq[ui]renda heredit. & hanc conclusionem iterum tener Ias. in l. pacta, quae contra, col. 2. C. de pact. & latissime disputans in d. l. frater à fratre, col. penult. & fin. ff. de conditione. indeb. vbi Socin. & Caccialupus questione 15. & Monferratus, col. 16. qui ad hoc refert consil. Ioan. Petrucci. & cum eo transeunt Lancelot. Curt. iunior & Paul. de Montepico, qui ibidem dicit hanc sententiam esse communem in sua repetitione l. in quartam, col. 70. ff. ad leg. Falcid. & ita dicit consuluisse Bald. nouell. col. 4. Præterea hanc conclusionem tenet Mathefil. in repetitione l. filium, quem habentem, col. 3. in fin. C. familia ericis cun. cart. 7. afferens de ea latius tractasse in quadam sua disputatione, quæ incipit, Pater filio. & Ioan. Lopez, in repetitione rub. extra de donat. inter virum & vxorem, col. 4. in 3. limitat versic. facit ad confirmationem, car. 26. & eam ibidem sequitur Caccialupus, & in eadem l. frater à fratre. hanc conclusionem communem esse dixit Castellia. in 2. par. memorialium suorum, in vers. donationis acta à patre. & eandem tenuit Petrus de Rauen. in suo alphabeto, in verbo, donatione, in fine, dicens quod licet de ea sit aliqua controversia inter Doctores, hanc tamen opinionem veriorem esse & magis communem.

Hæc tamen magis communis conclusio limitatur, vt inquit Paul. Castrensis in consil. 345. num. 3. versic. dic ergo, vol. 1. quando pater donat filio; & ratio est, quia tunc sibi ipsi donare videtur: quod fit vt iuramentum frustratorum reddatur & inutile, & pene super impossibili præstitum sit, quo fit vt obligatorium non sit. cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. Dubitandum namque non est, quin si mihi ipsi dono & iuro, nullius momenti sit iam donatio quam iuramentum, & licet iuramentum iurantem adstringat, capacem tamen eum non reddit, cui iuratur, n[on] alioquin incapax sit. argumento l. cum fundis. ff. de condit & demonstrat. Nec quod valeat, iure cautum reperitur: & ideo dixit quod quando filio donatur vt filio, non vt extraneo, ex quo eo modo incapax est, merito nec iuramento capax efficitur. & hanc quoq[ue] conclusionem sequitur etiam Corn. in consil. 236. num. 6. vol. 1. & eam latius ibi prosequitur. Dubitari tamen potest, an hæc limitatio dici possit, vel potius prædictæ contraria opinio, vt scilicet donatio inter patrem & filium iuramento non confirmetur, vt voluit Corasius in d. l. frater à fratre, num. 174. dum eadem ratione mouetur, quod scilicet patris iuramentum incapacem, capacem facere non possit, prout etiam nec dominus seruum. Plane si donec seruo meo & iuramento non reuocare promitterem, ob id tamen donatae rei dominium seruo non acquiritur, vel si queratur illico in dominum reuertitur propter serui incapacitatem acquisitionis, & ideo ob huiusmodi incapacitatem, seu (vt ipsi dicunt) impossibilitatem iuramentum nihil operatur, nec eam tollit, vt dixit Fulgos. in consil. 199. Et ideo si pater donat filio, videtur donare sibi ipsi: cum profectitia, in quibus hodie est immutatum. §. 1. Inst. per quas person. nob. acquir. & vt olim, ita hodie sint parris. l. cum oportet. C. de bonis, qualibet. Nemo autem dixerit donationem sibi ipsi

factam iuramento confirmari. l. fin. ff. de stipul. seruor. & cap. fin. de instit. Et ideo dixit Corasius, hanc opinionem veram esse, licet iuramentum obliget partem ad obseruandum. Aliud namque est contractum iuramento confirmari, aliud iurantem ad ipsius obseruantiam teneri, vt adnotat Christoph. Portius in §. extraneus, Inst. de hered. qualit. & differ. & Ias. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & hoc idem videtur firmare Corn. in d. auth. sacramenta puberum, num. 90.

Illud etiam prædictis addendum est, quod dixit Ripa lib. 3. cap. 15. de donation. & grat. perfici. & reuoca. quod licet † donatio rerum immobilium à minore facta etiam cum decreto iudicis sit ipso iure nulla. l. fin. C. si maior. fact. alie. rat. habue. ob tamen iuris iurandi religionem substitetur, d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. Nam dicta authent. locum quoque habet in contractu donationis, vt voluit gloss. quam sequitur Bart. & communiter Scribentes ibi, & Felin. in presentia, col. 4. extra de probation. & Corn. in consil. 140. quanquam lib. 4. vbi consuluit, donationem iuramento confirmari, etiam si ab im- pubere doli capace facta sit. Præterea consuluit etiam Socin. donationem à minore factam absque auxilio restitutionis in integrum subsistere, in consil. 279. vis a donatione, vol. 2. id autem si adsit enormis malæficio, locum non habet,

Non est etiam hoc loco omittendum, an conuentio † inter fratres inita, vt unus alteri in bonis & hereditate præmorientis sine liberis masculis succedat, bonaque præmorientis habeat. In hac dubitatione, et si videatur dicendum non valere, per tex. in l. licet, in prin. C. de pact. vt voluerunt ibidem Bar. & Bald. ex quo futuram viuentium successionem continet: quæ ideo à iure reprobatur ne captandæ mortis occasio præbeat. l. fin. C. de pact. cum similib. & iuramentum super huiusmodi pacto præstitum, nihil operetur, d. cap. non est obligatorium, dereg iur. in 6. Attamen, vt inquit Guido Papæ in consil. 31. num. 1. versic. & pro hoc bene operatur iuramentum in his pactionibus interpositum, & ea validat, vbi alioquin essent inutila, & ad effectum donationis operatur. l. cum patet. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Nam iuramentum tacitam illam clausulam continet, vt si actus, super quo iuratur, non valeat prout agitur, valeat tamen vt melius valere potest, vt notat Bart. in l. si quis pro eo. in princ. ibi, septimo prohibetur. ff. de fideiuss. quem sequitur Henric. de Bouencho in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. in materia causa formalis. Quinimo, subdit ibidem Guido Papæ, id etiam procedere, si huiusmodi pacta nuda dici possent, vt supra vidimus, propterea quod ob interuentum iuramenti vestita dicerentur ab ipso iuramento in ipso contractu adiecto: & sic valebunt & actionem producent, ac si expresse in eis stipulatio interuenisset.

C A P. XXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I. Iuramento in quibus casibus standum sit.

Prosequendo iuramenti vim, † illi casus, in quibus solo iuramento stetur, & solum probet, connumerandi sunt: & primus est ille, de quo me-

minit Ioan. de Arno. in sing. 45. An scilicet, quia in omnibus fere municipibus statuta extant disponentia, ut iuramento damnum passi credatur, an huiusmodi iuramento indistincte standum sit? Et hac in re inquit huiusmodi iuramento standum esse, & ei soli credendum, si iurans bona famæ & conditionis sit; si vero infamis in infamia facti, nequam, ut dixit Ang. in l. qui in iudicio. ff. de accusat. alterens ita fuisse iudicatum & determinatum, cum huiusmodi species in facto accidisset, & id inquit comprobari ex eo quod voluit Bald. in l. cunctos populos, 41. versic. quintum exemplum, statutum permittebat, & c. de summa Trin. & fide cath. dum inquit, quod statutum disponens quod libro mercatoris creditur, intelligitur, nisi talis mercator infamis sit: Nam eo casu iuramento etiam non obstante, eius libro non creditur; & subdit, id ideo diligenter notandum esse, quia quotidie in facto occurrit.

C A P. XXXVII.

Argumentum constat ex Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iurans se libertum, pro ingenuo habetur.
- 2 Iurans se patronum, obid tamen patronus non est.

PAriter etiam inquit Salycket. in l. eum qui, num. 8. versic. si libertus, † quod si quis libertum se esse iurauerit, pro ingenuo habetur, id quod econtra non procedit, † si forte patronus patronum esse iuret, ut querit gloss. ibidem. Et respondendo dicit non esse patronum quo ad operas, & in hoc inquit Salycket male dicere; subdit tamen, quod quatenus subdit, vel bonorum possessorem contra tabulas, bene loquitur, ut est text. in l. si iurauero. ff. de iure patron. vbi dicitur id fauore ingenuitatis inductum esse. Vel subdit Salycket. ibi, aliam esse posse diuersitatis rationem, quod scilicet patronus remittere potest, ut habetur in l. 2. C. de bon. liber. Et ex consequenti super eo ius iurandum deferre. l. ius iurandum §. 1. ff. de iure iurant. & ideo omnia perdit, vt in d. l. eum qui, num. 8. versic. si libertus, eodem tit. sed libertus deferens, non potest sibi liberam testandi factio nem auferre. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbis borum obligationib. & l. cum donationis. C. de transactione. Ideo qui iurat se patronum, non intentat contra tabulas.

C A P. XXXVIII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuranti non esse monachum, non statur.

ET si iuranti † se non esse monachum, vel conuersum non credatur, ut inquit Salycket. in l. ait Prætor, num. 7. ff. de iure iurant. per text in Authen. vt licet matr. vel auia. §. quia vero, il 3. collat. 9. dum ibi dicitur, quod monachatio elegantior est matrimonio, cum nullo casu dissoluvi possit, matrimonium autem possit. Id autem verum est, si iurauit negatiue, secus vero si affirmatiue: nam tunc refert se Salycket. ad ea, quæ ibidem dixit paulo ante de matrimonio.

C A P. XXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramento nostro statur in iis, que pendent à voluntate, vel conscientia nostra.

Secundus casus est, † ubique iuratur de iis, quæ pendent à nostra voluntate vel conscientia nostra, ut ait gloss. & sequuntur Doct. in §. alia. Institut. de actio. & gloss. in cap. significasti, il 2. extra de homicid. & Bald. in l. interdum. §. qui furem. ff. defurt. & Petr. Gerardi in sing. 51. num. 3.

C A P. XL.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum quod quis præstare debet, ut talis, requirit, ut illa qualitas primum probetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum disponens, quod in causis damnorum datorum stetur iuramento domini, obid tamen eius iuramento standum non esse.
- 2 Iuramentum quando aliquid requirit pro fundamento, fundamentum illud ante omnia probandum esse.
- 3 Maleficium licet probetur iuramento, non tamen sufficit ad probandum iudicis illius iurisdictionem.
- 4 Statutum si disponat, vt de damno dato stetur iuramento damnum passi, & non possit iurari contrarium, licet damnum passus iurauerit damnum datum esse certum, potest tamen contrarium rei evidencia probari.
- 5 Statutum si disponat iuramento alicuius standum esse, intelligitur si sit omni exceptione maior, & bona affirmationis, vel fama.
- 6 Testibus vel actu si appareat de vero debito, licet summa ipsa non probetur, & debeat de ipsa summa stari iuramento creditoris, concurrentibus aliquibus aliis conjecturis: si alia conjectura non probentur, satis si debiti substantia probetur.

Tertius casus est, si statutum † disponat, quod in causis damnorum datorum iuramento ipsius domini damnum passi standum sit, an eodem iuramento dominum probetur? In hac dubitatione Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam. §. sed pro evidencia huius primæ partis, num. 33. ff. de re iudic. inquit Bald. in l. 1. C. de iure iur. voluisse dominum non probari: Quia quando iuramentum aliquid † certum requirit pro fundamento, illud in primis & ante omnia probandum est, vt in simili dixit Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius, vt vtilit. publ. dum concludit, † quod esto ut maleficium iuramento probetur: illud tamen ad probandum iudicis iurisdictionem non sufficere: vnde si quatenus pertinet ad condemnationem statutum mandet † maleficium iuramento concludenter probari: illud ramen ad fundandam eiusdem iudicis iurisdictionem non sufficere, ob id quod eum esse iudicem concludenter non appetat, qui possit huiusmodi iuramentum deferre, & ex consequenti delictum iuramento non probari, dicendum est, vt prius voluit Ioan. Andr. in cap. Roma. §. contrahentes, deforo compet. in 6. Et hæc procul dubio procedunt, stante lege disponente, omnes legitimas exceptiones admittendas esse ad executionem impediendam, intelligendo

telligendo semper, ut si sint tales exceptiones, quæ probationem ex parte opponentis requirant, infra decem dies probentur. Addendo etiam prædictis illud, quod dixit Aymon Crauet. *in tract. de antiquit. tempor. in 1. parte, num. 111.* dum inquit, quod stante statuto † ut iuramento alicuius credatur, ut iurans sit omni exceptione maior opus esse, ut dixit Aet. de Alexan. *in l. qui accusare, col. 2.* C. de eden. & sequitur Decius in consil. 37. col. 4. versic. tertio principaliter & ob id infamem infamia facti beneficio illius statuti non gaudere certum est, ut ait Felin. *in c. fin. colum. 1. extra de testib.* & sequitur Ripa *in d. l. 2. colum. 3. ante medium. ff. de damno infecto.* & hoc dictum Anton. de Alexand. sequitur Ias. *in l. admonendi, colum. 107. versic. 36.* istud iuramentum. In similis etiam subdit *ibidem* Aymon Crauet. quod licet assertioni iurata illius stetur, à cuius animo vel conscientia illud, quod iuratur dependet: illud tamen intelligendum esse, quatenus iurans sit bona estimationis & famæ, ut diximus supra ad aliud propositum, & voluit gl. *in c. significasti, in versi. ita est, extra de homicid.* & Bal. *in l. falsus, col. 3.* C. defurt. & Ias. *in §. sed ista. col. 9. n. 96.* Instit. de actio. Dicit etiam circa hoc idem Aymon *in eod. tract. de antiquit. tempor. par. 1. num. 269.* per ea, quæ voluit Barr. *in d. l. admonendi, colum. 8. versic. quaro, quid si testis deficiat in dicto,* quod vbi ex testibus † vel actis constat de vero debito, licet certa summa non probetur, stetur tamen de ipsa summa iuramento creditoris, concurrentibus tamen aliquibus aliis coniecturis, ut puta quia aliis testibus probatur, debitorem ab eo illam summam mutuo petuisse: Quinimo voluisse Rayn de Forliuio *in l. 1. ff. de in lit. iuran.* idem esse, licet aliae coniecturæ non probentur, sed satis esse si debiti substantia probetur, & si summa non probetur, propterea quod quatenus ad summam pertinet, creditoris iuramento satur. Hanc conclusionem sequitur & valde commédat Veronens. *in caut. 210.* & Decius in l. certi condic. §. quoniam, colum. 3. circa medium. ff. si certum petat. & in l. actionib. colum. 4. in fine. ff. de in lit. iuran. & in l. fin. colum. fin. C. de eden. & in c. 1. colum. 20. extra de probatio. & in consil. 46 col. 6. Quatenus vero diximus stari iuramento alterius de damno dato, animaduertendum est ad illud, quod dixit Tiraquel. *in tract. atu de prescript.* gl. 8. in quinta declaratione, tale iuramentum coram iudice, vel alio ab ipso iudice ad id deputato præstandum esse: Nam non sufficit iuramentum vbi que præstitum, ut expresse voluit Bald. loquens de statuto disponente quod creditur iuramento alterius de damno dato, ut habetur in l. 3. in princip. versic. circa quintum. ff. de iure iuran. per ea, quæ notantur in l. hac consultissima. §. penult. C. de testamen. & in l. iubemus. C. de liber. cau. & Alexan. *in consil. 60.* clarissime Domine Iudex, colum. 3. versic. non obstat, si dicatur, volum. 3. & de damno dato quod stetur iuramento, tenet etiam Decius in consil. 83. colum. 2. & Riminal. senior in consil. 6. num. 7.

C A P. XLI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Iuramentum probat suspicionem fuga.

Q Vartus casus est, † quando tractatur de fugâ. Nam (ut inquit Petrus Duennas *in regulis 157.*

ampliatio. 3.) creditor suo solo iuramento fugæ sui debitoris suspicionem probare potest, vt dixit Imola in l. 2. in fi. princ. ff. soluto matrimon. vbi dicit, quod ad probandum debitorem de fuga suspectum, ad hoc vt capi possit, sufficit sacramentum creditoris: & idem voluit Angel. *in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10.* Præterea hanc conclusionem ante eum tenuit Benedictus de Plumbi. *in d. l. nemo carcerem, colum. penult. in princ.* Ratio autem est, quia periculum est in mora: & vbi cunq; periculum est in mora, ad probandum suspicionem, iuramentum sufficit, vt voluit glos. quam sequitur Innocen. *in c. quoniam frequenter, extra vt lite non contesta.* & esteriam gl. *in l. 2. quam ibi sequuntur Docto. C. vt in rem actio.* Et pro hac opinione est casus *in l. eorum. ff. de damno infecto.* dum *ibi* dicitur, quod timenti damnum, de damno infecto caueri debet, & illum timorem iuramento calumniæ probare potest, ut habetur in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. eod. tit. Pariter rigitur & in casu nostro, cum mora sit periculum allatura, & res talis est, quæ celeritatem requirit: & ideo si talis suspicio iuramento probetur, mirum non est, ne si fortasse aliæ probationes exigerentur, interim debtor aufugeret. Hanc præterea opinionem tenuit etiam Roman. *in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisf. cogan.* Et facit illud, quo d voluit Salye. *in l. vnica. C. de prohib. sequestr pecun.* dum vult, ut reum esse suspectum vel non possidere immobilia actoris iuramento probetur, ex quo tractatur de modico præiudicio, per tex. *in l. thesaurus. ff. ad exhiben.* Hanc opinionem communiter practicari inquit Ioan. Baptista Cacialupus *in tract. de debito. suspect. & fugit. in b. quaestio. num. 18.* & eam obseruare totum mundum attestatur expresse Paul. Castren. *in consil. 474. col. 2. num. 1. vol. 1.* Eadem quoque opinionem tenet Ias. *in l. 2. num. 29. ff. soluto matrimon.* & iuxta hanc opinionem consuluit Alez. *in consil. 19. num. 2. vol. 3.* & Paris. *in consil. 107. num. 54. vol. 3.*

Contrariam autem opinionem tenuit Bal. *in l. apertissimi, num. 9.* C. de iudic. & iterum in consil. 285. num. 3. & 4. volum. 1. & Angel. sibi contrarius in l. si ab arbitro. §. qui ex causa. num. 9. ff. qui satisf. cogant. & in Authen. de exhiben. res. §. si verbo, collat. 5. Hanc quoque opinionem sequitur Lanfranc. *in tract. recusatio. numero 7.* & Alexan. sibi contrarius in l. 2. num. 22 ff. soluto matrimon. eandem quoque opinionem tenet Ias. sibi contrarius in §.... num. 91. Instit. de actio. & in d. l. si ab arbitro. num. 8. ff. qui satisf. cogan. & hanc opinionem esse communem asserit Thom. Parpalia. *in l. secunda, colum. 21. in glos. in verbo, suspectum. ff. soluto matrimonio.* & eandem expresse tenuit Angel. Aret. Institut. de actio. in principio, num. 8. quam opinionem dicit etiam communem esse Decius in consil. 75. colum. 1. & eam pariter sibi ipsi contrarius tenet Paris. *in consil. 101. num. 5. volum. 3.* & Catellianus Cotta in suis memorialibus, in verbo, debitor, il 1.

C A P. XLII.

Argumentum est in Summario:

S V M M A R I V M.

i Iuramento possessoris feudi statur cum queritur an sit antiquum vel nouum.

Q Vintus casus est, de quo meminit Castren. *in consil. 279. visa petitione, colum. fina. volum. 2.* dum inquit stari iuramento possessoris feudi,

quæritur, an sit feudum nouum, vel antiquum; & ratio est, quia à maioribus suis scire potuit, per tex. in l. si quis ita. §. si quis. ff. de testamen. tutela. Hic tamen tex. vt inquit Tiraquel. eodem in loco ad hoc propositum nihil facere videtur: Optime tamen, vt idem Tiraquellus ait, facit tex. in r. in omnibus, in princip. 2. quest. 5. in illis verbis, auditum non esse non dubitamus. vbi gl. infert aliquid etiam ab auditu sciri posse. & in c. beati. 2. quest. 7. Vbi Diuus Ambrosius inquit: Videamus Paulum & Petrum ad martirii gloriam peruenisse, & tamen id non ruderat ipse Ambrosius: sed id veluti indubitanter scire opinabatur ex antiquarum scripturarum renunciatione. & in c. hoc videtur. & ibi tradit gl. in verbo, indicauit. 2. 2. quest. 5. & est alia glos. in c. testes, in versic. que nouerunt. 13. quest. 9.

C A P. XLIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iuramento non solum principalis emptoris statur, sed etiam illius cui cedit.

Sextus præterea casus est, † vt non solum stetur & credatur iuramento principalis, sed eius quoque cessionario, vt dixit Bart. in confil. 14. in quodam contractu, in secundo dubio, volum. 1. dum consulendo voluit, quod si in contractu venditionis dicatur, vt de certa re futura. emptori credatur, & emptor ille alteri cedat, ita credetur huic cessionario & singulari successori, sicut ipsi primo emptori, cum id nō videatur cōcessum ratione personæ, sed ipsius contractus: & ideo si persona sit æque idonea satis est, & id in dubio præsumitur. l. si actor malit. ff. de procurat. Quæ quidem Baldi decisio satis conuenit prædictis: quandoquidem si ex contractu alicui de re aliquâ credi debet, vtique accidente iuramento intelligendum est, vt late tradit Tiraquell. in d. tract. de prescriptio. §. 1.

C A P. XLIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I A M.

1. Iuramento alicuius quando ad suum commodum creditur, deficientibus aliis probationibus intelligendum est.

Omittendum præterea non est, dum Tiraquel. in d. tract. de prescript. §. 1. gl. 8. versic. sed redeundo, 1. dicit, † quod quando ad suum commodum alicuius iuramento standum est, & creditur id deficientibus aliis probationibus intelligendum est, vel cum aliter fides fieri non potest, vt voluit gl. nota. in c. statutum. §. cum vero, in verbo, saltem, de rescript. lib. 6. quam sequitur Geminia. ibi. & Bal. in l. 1. volum. 1. vbi etiam Salyt. C. de iurecuran. & Marian. Socin. in c. quoniam. §. quod si super, colum. 2. versic. item aduerte tertio, exira vt lite non contesta.

C A P. XLV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

1. Iuramento iniuriam passi creditur.

2. Iuramenti formula in actione iniuriarum.

Septimus casus est, quando quis iniuriam passus

est: nam in eo casu, vt inquit Petrus de Bellaperr. in rub. Instit. de iniur. iuramento † illius, qui iniuriam passus est statut, & creditur: & si ipse Petrus dixerit Azo lege id probante fateatur: ipse tamen dicit esse tex. penitus in simili in l. si quando. C. vnde vi, qui de iniuatore loquitur, contra quem iuratur, & creditur iuramento spoliati de rebus amissis, probata violentia: & ideo eodem modo iuramento iniuriam passi credendum esse, & continere quantum potius mallet de suo amisso quam illa iniuria affici, & id probata iniuria locum habet. Formula † autem iuramenti in actione iniuriarum inter Doctores diuersa est. Nam Rofredus in rub. de actio. iniuria. prætoria, num. 7. inquit alios iurare hoc modo: aut iuro quod prius nolle lucrari centum quam si aliquis fecisset mihi hanc iniuriā: vel ego iuro quod pro centum libris quas mihi dedisset aliquis ego nolle pati hanc iniuriam, ve ego iuro quod potius vellem amittere tantam summam, videlicet centum libras de bonis meis quam pati talem iniuriam. Et hanc ultimam formam Rofredus approbare videtur: nam cum in pœnis mitiores potius esse debeamus. l. paen. ff. de paen. Merito ita iurare magis cōuenit, cum ægrius ferat quis vnum denarium amittere de hoc quod habet quam lucrari duos. Subdit tamen ibidem Rofredus, num. 8. quod si ille qui passus est iniuriam sit avarissimus, qui potius vellet carere oculo quam amittere denarium: quomodo iurabit ille qui potius vellet tantum de suo amittere & sic remanerent maleficia impunita, quod est contral. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & ibi latins per eum.

C A P. XLVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iuramento administratoris de paruis impensis statur, vbi cunque de maioris administrationis rationibus agitur.

Octauus autem casus est, † vt iuramento administratoris rationum quo ad minutias & paruas impensis stetur, vbi cunque de maioris administrationis rationibns agitur, & ei creditur, si iurat eas fecisse impensis, vt est tex. in l. si quis pro redēptione. §. fin. C. de donatio. ibi. dum in eo dicitur, sacramento dirimetur, quem ibi Bart. ponderat ad ultimatum voluntatum executores, & ad alios quoque rerum alienarum administratores extēdit. Ludoicus Roman. in confil. 77. Pater reuerende.

C A P. XLVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Iuramento illius statur, qui pecuniam pro redēptione captiuorum recepit, de pecunia ea de causa erogata, & id quomodo intelligatur.

Nonus casus est, vt inquit Hippol. Riminald. in §. 1. num. 528. cum seqq. Institut. de donat. † dum vult standum esse iuramento illius, qui pecuniam pro redēptione captiuorum recepit, si queratur de pecunia in ea causa erogata: Et id inquit colligi ex l. penul. C. de donatio. vna cum glos. & idem sequitur ibidem

Ibidem, colum. fin. & Cynus in l. id, quod pauperibus, quæstio. 8. C. de episc. & cler. & tradit etiam Spec. in tit. de instrum. edi. §. nunc vero aliqua, q. 20. & Salic. in l. nulli, colum. 4. num. 13. C. de Episc. & cler. Id autem locum habere existimant, vbi canq; aliter commode probari non possunt, vt sunt expensæ tenues & paruae, & vt ipsi dicunt, minute. Altera autem declarat Bald. in d. l. id, quod pauperib. in f. vers. secundo quero. debet intelligi. & dicit hoc procedere & locum habere, si ex qualitate ipsius executoris episcopo ei iuramentum deferendum esse videatur: utputa quia si vir probus, id quod videtur etiam Specul. in loco supra relato, confirmare. Verum Rimin. ibidem, num. 329. opiniones h. s. inquit non satis conuenire d. l. penul. Et in primis illa, quæ deducitur de paruis, & (vt dicunt) minutis impensis, terminis illius legis conuenire non videtur, cum de redemptione captiuorum loquatur, in quorum redemptione verosimiliter non minutæ & paruae, sed magnæ & notabiles impensæ fiunt: nisi fortasse dicere mus etiæ nonnullis ex paruis opus esse, & sic quatenus pertinet ad probationem paruarum eorum iuramento standum sit, licet quo ad magnas & notabiles aliter dici debeat. Secundam quoque declarationem de qualitate ipsorum administratorum seu executorum confundi arbitratur, nec illi legi contineare: cum absolute dicat, nullam illi molestiam inferri posse à donatore, vel alio, & eum sacramentum tantummodo praestare oportere: Et ideo quicunque sit vt eius iuramento steretur, determinat & vult. Vnde dicit Rimin. ibi, num. 330. ita dici & fortasse melius posse arbitratur, videlicet id dupli ratione statutum fuisse. Primum, quia ille qui debebat impendere, fuit à testatore vel donatore designatus, & in hoc eius fides electa fuit: & ideo hoc ylterius in dubium reuocandum non videtur, vt notatur in simili, in c. statutum §. pen. de rescript. in 6. & tradit Odo fr. in d. l. nulli, in f. & probatur per illum text. in §. 1. Vbi dicitur quod si testator designauerit eum qui captiuos redimere debet: ille qui specialiter designatus est, legatum exigit & pro sua conscientia votum testatoris adimpler, & sic certe personæ designatio in causa est, vt ei stari debeat & fidem adhiberi in exequendo: & ideo multo magis eius iuramento standum videtur. Secunda vero ratio (vt ipse dicit) est, quia ibi testator fecit eum recipientem dominum, cum hoc tanien ut deinde in redemptionem captiuorum erogaret: & ideo si minus probationis ab eo exigitur, mirum non est, videlicet iuramentum tantum, q̄ ita fuerit executum, & ita inquit Specul. in loco supra relato.

C A P. XLVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iuramento maris & foemina statutum iurantis matrimonium contraxisse, si in actu coedundi reperti itarent.*

Decimus præterea casus est, de quo loquitur Antonius de Petrutia in l. 1. n. 336. ff. de iure iuri. t. dum inquit quod licet alias si masculus & foemina insimul in actu libidinis coeuntur reperiantur, possint in iudicio de stupro accusari, vt habetur in toto tit. ff. & C. de adulter. Attamen si præueniri & accusati in iudicio iurent prius matrimonium cōtraxisse clandestinum, tali eorum iuramento standum esse, &

ita eos p̄c̄ham euitare, vt voluit Bald. per gl. singularem, vbi dicunt Doctores alias in facto practicasse, in l. penult. C. de fidei iuror. & ibi latius tradit Bald. quomodo illa gl. intelligatur.

C A P. XLIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. *Iuramento domini domus statutum de summa pecunia in ea restituenda & instauranda impensa.*

VNdecimus est casus, vt inquit eodem in loco Riminald. num. 531. ex eadem gl. ibi colligit sacramento domini domus de summa pecunia in ea restituenda & instauranda impensa & erogata standum esse, id quod facit, vt inquit Bald. in d. l. penult. ad questionem de fratribus predicatoribus, vel minoribus, quibus pecunia relicta est ad ecclesiæ cacumen fabricandum, vt scilicet eorum iuramento stetur, vt illa pecunia in illius cacumen impensa sit. Ratio autem, quatenus de domus refectione tractatur, ea esse potest, quia ad domus refectionem variæ & diuerse res requirantur & impensa in variis & diuersis artificiis distribuuntur, & ideo difficile esset semper de huiusmodi impensis testes habere, vel vt instrumentum fieret procurare: & ideo hac de causa ei succurriri, vt de hoc eius iuramento stetur ac credatur, prout in executore tradit Odo fr. in d. l. nulli, in f. Et ideo ob huiusmodi difficultatem probationis, ex quo minima artificibus summa soluitur, eius iuramento stari iure cautum est, & quotidie obseruatur.

C A P. L.

A R G U M E N T U M.

De iuramento legatarii, qui interesse suum cōtra hæredem morosum, iuramento declarat vigore dispositionis testamentariæ defuncti.

S V M M A R I A.

1. *Legatarii iuramento statutum in declarando suum interesse.*
2. *Argumentum est optimum à contractibus ad ultimæ voluntates.*
3. *Iuran. entum immoderatum corrigitur à Judice.*
4. *Legatarius ne de per iurio notetur, quid agere possit & debeat.*
5. *Alimenta alicui si legentur, potest legatarius petere alimenta, etiam si cum hærede moretur & habiter.*
6. *Legatarius, cui alimenta relinquuntur, quando cum hærede manere & illi obsequia præstare teneatur.*
7. *Legatum alimentorum si fiat alicui, si velit cum hærede manere: si accidat vt ab eo recedere velit, debet legitimas causas recedendi probare, quibus non probatis legatariu illud quod legatum est, petere non potest, & quomodo testator eum à necessitate talis probationis eximere dicatur.*
8. *Legatum alimentorum commodius & utilius est legatario si fiat alternatiue, videlicet si cum hæredes morari non possit, aut nolit.*

Dvodecimus casus est, vt inquit Io. Dilect. Durans in tracta. de arte testan. in tit. 6. de legat. caut.

48. num. 2. ad hoc, vt legatario, vt ipse arbitratur sa-
tisfiat, & hæres teneatur illud soluere, quod legata-
rius sua interesse existimauerit, illud requiritur, vt
testator declareret aduersus hæredem, qui fuit in mo-
ra, interesse † verbo & iuramento ipsius legatarii
exprimi & declarari posse: quandoquidem decla-
ratio eius, quod interest, creditoris arbitrio com-
mitti potest, vt inquit Bart. in l. f. ff. de prator. stipul. &
est communis opinio, vt dixit Ias. in l. iusurandum
quod ex conuentione. ff. de iure iuran. Et licet Doct. lo-
quantur de contractibus, idem tamen de testatoris
dispositione dicendum est: nam optimum est argu-
mentum † de contractibus ad ultimas voluntates.
l. si seruum, §. eum qui chirographum. ff. de legat. 1. &
Curt. in consil. 27. Magnificus vir, colum. fin. & l. cum pa-
ter. §. mensa negocium. ff. de leg. 2. & ibi notat Bart. eum
in qua deducit Decus in consil. 79. vijis duobus, colum. 4.
& sic eius iuramento st. itur per predicta. Verum si lega-
tarious, cui a testatore data esset talis facultas, inique
3 arbitretur, potest hæres reclamare, & Iudex † cor-
riget, declarationemque a legatario immoderate
factam ad id quod iustum & honestum est rediget,
argumento tex. in l. si libertus. ff. de oper. libert. & hanc
opinionem tenet Bart. in d. l. fi. & alii, quos refert Ias. in
4 d. l. iusurandum. Verum ne legatarius † de periurio
aliquo modo notari possit, cauere debet, vt ante-
quam ipse declareret, curet vt Iudex summam taxet,
in qua iurare possit: Præcedente namque Iudicis
taxatione hæres omnino in ea summa condemna-
re poterit, qua fuerit a legatario declarata, authen-
todie. C. de iudic. cum iis, qua deducit Alex. in consil. 37.
viso & opportune, colum. fin. volum. 2. Illud etiam in his
5 terminis animaduertendum est, quod † quando
alicui legantur alimenta, potest legatarius alimen-
ta petere, etiam si cum hærede esse & habitare no-
lit. l. libertus. §. fin ff. de alimen. & cibar. legat. sed si testa-
tor velit cum, cui alimenta legat, cum hærede mor-
ari, & legatarius commode culpa hæredis cum eo
habitare non possit, illud commodius erit, vt quid
6 annuum ei pro alimentis relinquat: Nam † tunc
teneat legatarius cum hærede morari, & ei aliqua
obsequia praestare pro qualitate & conditione per-
sonæ, vt tradit Bart. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen.
& cibar. legat. & Barbat. in consil. 63. volum. 2. Legato
7 igitur ita relicto, † si velit legatarius ex causa ab hæ-
rede recedere, legitimas recedehdi causas probare
debet: quibus non probatis legatam summam le-
gatarius petere non potest, & testes in probandis
huiusmodi causis plerumq; sunt singulares vel non
concludunt, vt inquit Alex. in consil. 100. super primo,
volum. 1. & Decius in consil. 620. casus, de quo queritur,
colum. fin. Verum in terminis nostris, si testator velit
legatarium a necessitate huiusmodi probationis
eximere, remedium est quod testator disponat, standum
esse iuramento ipsius legatarii, quo ad causas
recedendi: nam id testator facere potest, vt voluit
Alex. in consil. 54. circa id, volum. 2. argumento eorum,
qua notantur in l. fin ff. de prat. stipul. & in l. Theopom-
pus. ff. de dote præleg. Legatario autem cautius est, si
alternatiue verba concipiuntur hoc modo, videli-
8 cet si eum hærede morari non possit, † aut nolit:
Quandoquidem tunc etiam ob meram legatarii
non morandi voluntatem conditione purificata
legatum debebitur, vt inquit Socin. in consil. 22. vi-
detur, volum. 3. & Cuman. in consil. 38. Et ideo patet
etiam in hoc casu legatarii iuramento standum esse,

vt dixit etiam Durans de arte testan. in tit. 6. de lega.
caut. 56. num. 2. & 3.

C A P. L I.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramento partis dicentis velle desistere creditur, qua
post appellationem fuit excommunicata.

D Ecimus tertius casus est, de quo loquitur Bel-
lam. sub rub. de sent. excom. consilio. 386. dum ait,
† si Iudex dicit no credere, post appellationem ex-
communicasse, & pars dicat velle desistere, iura-
mento partis credendum esse, quæ post appella-
tionem fuit excommunicata, quo ad absolutionem
ad cautelam obtainendam, ex quo ob id Iudici modi-
cum præjudicium assertur.

C A P. L II.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramento impediti ad probandum impedimentum,
quando standum sit.

D Ecimus quartus casus est † in probando impe-
dimento: nam vt dixit Tiraquel. in tract. de pœ-
nali tempe. aut remit. in casu 51. num. 146. c. cupientes. §.
quod si per viginti, colum. 4. de elect. lib. 6. quod licet ad
probandum impedimentum illius tantum iura-
mentum, qui asserit fuisse impeditum, quando aliæ
probationes haberi possunt, non sufficiant: id ta-
men non procedit, si tanta sit personæ honestas &
probitas, vt eius iuramento standum videatur, &
ideo hac de re iuranti creditur & hæc decisionem,
vt dicit ibidem Tiraquellus, sequitur Dominicus à San-
cto Geminiano & Philippus Franchus.

C A P. L III.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum in criminalibus non defertur.

P Ræterea Tiraquellus in d. tract. de pœnali tempe
aut remit. casu. 58. num. 7. inquit, † quod licet in t
delictis opus sit testibus & probationibus luce me-
ridiana clarioribus. l. fina. C. de probatio. Et ideo in
supplementum probationis nunquam in crimin-
alibus deferatur iuramentum, per ea que late notan-
tur in l. admonendi, ff. de iure iuran. Attamen quando
quis accusatur de delicto in officio commissio, suffi-
cit iuramentum partis cum semiplena probatio-
ne. vt notat gl. in §. necessitatem, in verbo, ostenditur, in
Authen. vt iudic. sine quoquā suffrag. & tradit Ioan. de
Platea in l. si aliquid, C. de suscep. lib. 11. & in l. iudices. C.
de dignit. lib. 12.

C A P. L IIII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I V M.

1 Iuramento partis statut ad probandam amissionem
rerum & scripturarum, probata prius vrbis de-
bellatione.

Deci-

Decimus qui intus casus est, ut dixit Afflict. in de-
cis. 13. num. 9. & 10. in probanda amissionē re-
rum & scripturarum: Nam probata prius virbis vel
oppidi de bellatione ad ipsarum rerū & scriptura-
rum amissionem probandam iuramento partis sta-
ri consuevit, ut inquit Paul. Castr. in l. sicut iniquum.
C. de fide instrumen. dum ibi vult, ut probato furto te-
stibus, iuramento partis de scripturis & earum te-
nore stetur, ut notatur in l. si de prescriptione. **C.** de pro-
batio. & in l. si quando, **C.** unde vi & in l. testium, **C.** de
testibus. Corneus autem in cons. 318. num. 4. volum. 4.
tenet contrarium per ea, quae dixit Bart. in l. si quis ex
argentariis. §. fin. **C.** de eden. Id autem limitatur, si non
apparet ad aliquem peruenisse, & ipse non habere
dicit: nam tunc eius iuramento statut. l. Prator. §. sed
& si seruus de eden. & l. cum ita loquatur, § species. ff. de
leg. 4. 2. & l. fina. § licentia, **C.** de iure delibe. & voluit Bart.
in d. l. si quis ex argentariis. §. fin. Et hoc iuramento
purgationis appellant, ut dixit ibi Salycetus, & ex
consequenti onus probandi pertinet ad aduersariū,
qui dicitur eum habere, ut ibi dicunt Fulgos.
Ex quorum dictis infertur, quod quando de amissione
creditur iuramento partis, non intelligatur
onus probandi spectare ad eum, cuius iuramento
statut, sed potius ad aduersarium, & sic illud iuramento
non dicitur probatio, sed potius purgatio
quædam.

C A P. L V.

A R G V M E N T V M.

De iuramento eius qui iurat se pro-
prii v̄sus causa res vehere, ne vectigal
soluere compellatur.

S V M M A R I A.

- 1 **Iuramento portatiū res pro suo v̄su statut, nisi qua-**
litas rerum & personarum aliud suadeat, aut in
promptu sit probatio contraria, & quæ res appella-
tione sui v̄sus, comprehendantur.
- 2 **Iuramento illius, qui repertus est in via recta & loco**
nō suspecto, statut quo ad hoc, ut gabellam defra-
dere noluerit.
- 3 **Domī locorum non tenentur, quando alicui extra**
viam publicam & solitam iter facit.
- 4 **Domini colligentes pedagia & exigentes gabellas, sua**
territoria custodire tenentur, & reficere damna
qua à predonibus acceperint.
- 5 **Iuramento heredis credendum est in rebus, ut dicunt,**
minutis & vilibus.
- 6 **Statutum si disponat, ut stetur iuramento damnum**
paſi, non stabitur iuramento illius, cui furtum fa-
cium est.

Decimasextus casus est, de quo meminit Iulius
Ferretus in tract. de gabel. & public. num. 128. &
129. dum inquit, Bal. tenere in l. 3. **C.** de nauicul. & no-
re, lib. 11. standum esse iuramento † portantium res
pro proprio v̄su, nisi fortasse qualitas rerū ac ipso-
rum portantiū aliud suadere videatur, vel in prom-
ptu & parata contraria probatio habeatur, ut dixit
gl. & sequuntur Dd. in clem. fina. de censib. Et sic præ-
dictis appetit verosimilem considerationem ha-
bendam esse. Illam gl. sequitur Ioan. de Fimo in suo
tract. vectigal. dum inquit prædictam conclusionem
pro his; quæ victus sui causa, vel gustus, aut exéplo
portantur, locum habere, ut voluit Bal. in l. 1. **C.** vbi

res expor. poss. & tradit etiam gl. in clem. si de censib. dum
vult, q̄ quando pro v̄su res exportantur, ut gabella
defraudetur, aliquando portantibus iuramentum
deferendum sit, an illas pro v̄su suo ferant, ut inquit
Anchar. in c. quamquam de censib. lib. 6. & Io. And. in c.
super. extra de verb. sign. gl. autem in clem. si de censib. id
intelligit, vbi quis emit & pro v̄su suo quotidiano
affert, non autē ut pro v̄su humano necessario ven-
dat, vel ut iis dat, qui pro eo aliquod exercitium fa-
ciunt: & sic patet pro rebus licite exportatis ad pro-
prium v̄sum & necessitatem suam suæve familiæ
gabellam nō solui, ut sunt illæ, quæ pro esu & potu,
fū vestibus, & similibus rebus ad proprium v̄sum
exportatis. Verū quia in multis locis de his gabella
soluitur, merito cum iuramentum non deferatur,
an ei credendum sit nec ne quārēdum non est: In-
oleuit tamen Florentiæ consuetudo, & fortasse iure
g. bellæ cautum est, ut clues qui res suas non nouas
mittunt, iurent ad se spectare & pertinere, nec esse
alicuius alterius, & in hoc eorum iuramento statuā
multis annis cōsuevit; & idem obseruatur, cum su-
pelle & tilia è rute Florentiæ inuehantur. In eo enim
casu, ex quo dictorum supelle & tilium nulla gabella
soluenda est, v̄sus obtinuit ut iuramento ciuium ex-
portati vel importari curatiū stetur, ea quæ con-
sistunt in animo, iuramento probātur, ut dixit mo-
la in c. querelam, in verbo, sub tractam. q. pen. extra
de electio. dum inquit, quod si quis dicat deneg. se
annuam p̄stationem nō animo spoliandi, sed alia
de causa, eius iuramento statut, quia in iis quæ depen-
dent ex animo, statut iuramento. l. inter omnes. §. re-
cte. ff. de fur. & notant Dd. l. 1. §. 3. ff. de aqua plusiā arcen.
Vnde cam animus neq; videri, neq; tangi aut per-
cipi possit, l. reprehendenda, **C.** de infit. & subst. sub condit. fact. l. 1. §. qui operanda. ff. quar. rer. act. non dat. Et
ideo cū animus liquido probari non possit, ad con-
iecturas deueniendum est, l. non omnes. §. à barbaris.
ff. de re milit. & faciunt ea quæ voluit gl. & Dd. in l. 1. C.
ad leg. Cornel. de fals. & notat Cyn. in l. si non conuitii, in
prin. in l. opposit. **C.** de inur. & tradit Guido Pape in cons.
223. Item ignorantia & scientia iuramento partis
probantur ita afferentis, ut habetur in c. nulla. in fin. de
electio. in 6. & faciunt etiam ea, notantur in l. presenti. §.
sed ha. **C.** de his qui ad eccl. s. config & in c. eos, de tempo.
ord. lib. 6. & in c. innotuit, exira de elect. & tradit Quintil.
Mandosius in regula canel. 21. de impetr. benef. viuen.
q. 4. num. 11. Pariter etiam, ut inquit idem Iulius Fer-
retus in d. tract. de gabel. & publ. n. 166. statut iuramen-
to † reperti in via recta, & in loco non suspecto per
tex. in l. 1. **C.** de litt. & itine. custo. lib. 12. vbi tradit Bar.
& Bald. in l. si quis non dicam rapere. **C.** de episco. & cler.
& Ba. t. iterū in l. prefidum. **C.** de curso. publ. lib. 12. dum
inquit, quemlibet semper viam publicam sequi o-
portere, & rectam qua communiter omnes vtun-
tut. Et ideo si quis extra huiusmodi vias reperiatur,
cōtra eum mala suspicio fraudis oritur, † ita ut si ei
furtum fiat, Domini locorum ad illius damnum re-
ficiendū non teneantur, id q̄ diligenter notandum
esse dixit contra eos, qui bona contra gabellæ ordi-
namenta exportant per deuria & vias inconsuetas,
& habetur in l. que fiscales. **C.** de nauicul. lib. 11. Statut
igitur iuramento illius, qui in via recta & consuera
repertus est, q̄ illi furtum factū fuerit, vel quid à la-
ttonib. & grallatorib. ablatum, cum D. minit peda-
gia & gabellas exigentes sua territoria custodire te-
nentur, & damna ob id percepta in eorū territorio
teſſice.

reficere, ut inquit Bal. in c. i. §. conuenticulas, de pace iuram firmam. Et rursus Bart. Cœpol. in l. 1. §. sed scien- dum, num. 61. ff. de edil. edito, inquit iuramento + ha- redis in rebus minutis & vilibus credendum esse, per ea quæ dixit Bart. in l. 2. in fin. princ. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. 10. Omittendum etiam non est illud, quod dixit Bart. Cœpolla in l. redhibe- re, num. 3. ff. de edil. edito, dum vult, ut si statuto + ca- ueatur ut si damnum alicui detur, eius iuramento stetur qui damnum passus est, ut supra vidimus, Nam in eo casu, & stante tali statuto, si fiat alicui furtum, eius iuramento non stabitur, cui furtum factum est. Ratio autem huius differentia est, quia damnum, ut ipse eodem loco num. 2. inquit à furto valde differt: & ideo mirum non est, si statutum de da- mno loquens, ad furtum non extenditur.

C A P. L V I.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Iudicium proueniens à fuga, iuramento tollitur.

Decimus septimus casus est, quia iuramentum tollit præsumptionem & indicium, quod à fuga contra fugientem oritur: nam ut inquit Lancel. lib. 1. cap. 9. De pretore. §. 2. de off. prator. in causis ciuilib. num. 13. Hippol. de Mars. in rub. C. de probatio. num. 119. omisso, an + iuramentum sit probatio, necne. Et posito, ut ipse dixit, quod probatio non sit, & limi- tetur in fuga, cum regulariter iudicium quoddam cōtra fugientem inducat, ut habetur in l. fi. ff. de quest. & tradunt scribentes in l. in lege Cornelia, ff. ad Senatus- consultum Sillania. & Angel. ares. in tract. maleficio. in versic fama publica. Attamen in casu, in quo fuga in- dicium vel præsumptionem contra aliquem indu- cit, tale iudicium vel præsumptio à fuga inducta iuramento tollitur ipsius fugientis, ut dixit Cynus in l. fina. C. de requir. reis. Et tale dictum notat Brunus in suo tract. de indicis & tormentis. col. 2. in fi. car. 3. & tra- dit iterum Mars. in singul. 115. incipiente, Fuga.

C A P. L V I I.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Iuramentum probat & ei statut, quo ad ea, qua con- sistunt in animo.

Decimus octauis casus est + ubi tractatur de iis, quæ consistunt in animo, ut supra etiam dixi- mus: nam iuramento probantur, & iuramento de eis præstito statut, cum assertione iuramento valla- ta probentur, ut dixit glos. quam omnes dicunt sin- gularem in §. alia, Instit. de actio. quam ad hoc citat Ioan. de Anania in c. significasti, il primo, colum. 2. extra de homie. vbi dicit idem voluisse gl. in c. presentium, extra de testib. & in cap. si vero, il secundo, extra de senten. excommun. & in cap. pastoralis, extra de exceptio. Vbi est etiam optimus de hoc tex. Præterea dictam gl. in §. alia, citat Bar. in l. Celsus, colum. 2. ff. de vsu cap. & Ioan. de An- nia in conf. 44. in questione Stabioli, & Ludo. Roman. in conf. 398. vt clarius reddatur, in fi. & in conf. 76. in causa nobilis viri, colum. 3. & in conf. 102. super eo, col. penul. & in conf. 32. hac istorum quinque, colum. 1. & Bart. Cœpoll. in conf. 34. visa accusatione, colum. penult. & Ang. Aret.

in §. fina. colum. penult. Instit. de vulg. & pupil. sub fin. & Felin. in d. t. significasti, il primo, extra de homie. & idem voluit glos. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de itinere, atque priuato, & in l. si cui. §. iisdem. ff. de accusat. & hac dico loquitur etiam Ioan. de Anania in c. accedens, col. 1. in fin. extra de crimine falsi, vbi etiam ad hoc resert glos. ibi, ac etiam ea quæ habentur in c. innotuit, extra de electio. & est tex. in c. nulli, in fi. de electio. in 6. & tradit Floria. in l. 1. §. in corpore. ff. si quadru. paupe fecis. dicatur. Et facit etiam illud, quod voluit Bar. in suo tract. ad reprimen. in verbo, denunciationem: ultra medium. vbi dicit quod conscientia probari non potest, nisi indicis, per tex. in d. l. volum. ff. de dolo. & late prosequitur Felin. in d. cap. significasti, vbi limitat & restringit dictam glos. pluribus modis. & rursus idem Felin. in c. 1. in penul. colum. in fi. ex- tra de præsumpt. & in c. quosdam, in colum. 2. eodem tit. & in c. 2. colum. penul. extra de confitut. & Alexand. in l. de tutela, in fi. ff. de in integr. restitut. mino. Animaduer- tendum tamen est gl. in d. §. alia, de iuramento non loqui, & ideo conclusionem nostram longe melius probare alias glossas, quas supra deduximus. Vnde videnda est gl. in clemen. 1. circa finem, in verbo. commo- de, de pœni, quæ sane prædictas glossas & iura in fo- ro anime procedere innuere videtur, at secus in fo- ro contentioso. Hæc conclusio limitatur à Iaso. in §. namque. col. 3. Instit. de actio. & iterum in l. pro herede. in princ. num. 14. & sequen. ff. de acquiren. hered. & in l. ad- monendi, num. 310. ff. de iure iurian. & Felin. in c. nouit, colum. penult. extra de iudic. Confirmatur conclusio, ut stetur iuramento asserentis in iis, quæ dependet ab animo, ut voluit Angel. de Vbald. senior. in conf. 22. in l. volum. conf. feud. diuers. per text. in l. Marcellus. ff. rer. amota. & in l. si seruus. Cod. de his, qui ad eccl. config. Præterea quod ea quæ consistunt in animo, con- scientia vel mente probentur proprio iuramento, quia aliter probarinon possunt, tradit Guliel. Mai- ner. in l. fere in omnibus, num. 28. ff. de reg. iur. & hanc o- pinionem ultra predicta probat per ea, que voluit gl. in l. at qui natura, §. cum me absente. ff. de neg. gest. & gl. ma- gna in versic. vel melius & idem tenet glos. in l. 1. §. 2. ff. de iuste. atque priua. & ibi Bart. & notat etiam gl. in l. fin. in medio gl. magna, C. de annali excep. Et idem tenuerunt Domi. de Rota in decis. 42. in nouis. licet Ioan. de Anan. alleget decis. 45. vbi tenet, ut illud quod dictum est, quod ea quæ in mente consistunt vel animo a- licuius, solo iuramento & non aliter probari pos- sunt, quia nulla certior probatio haberi potest, quam eius iuramento, de cuius animo dubitatur, ut dixit glos. in d. §. alia, Instit. de actio. & tradit Floria. in l. 1. §. prator ait, ff. si quadrup. paupe fecis. dica. & Bar. in l. inter omnes, §. recte. ff. de furt. & in l. secunda, §. si à pu- pillo. ff. pro empto. & Ioan. Andr. in c. statutum, super ver. per proprium iuramentum, de rescript. in 6. & Franc. Ni- coni. in c. quoniam contra, in gl. 3. ver. duos viros, uim. 26. per ea quæ voluit Lapis in allegat. 84. quidam præbyter. colum. pen. in princ. ver. si autem ipse. sub tit. de pœni. & Marian. Socin. in c. licet ratione, colum. 17. ver. 10. princi- paliter. extra defu. competen. Et ideo inferit Niconit. ibi, quod si laicus post delictum commissum ingre- diatur religionem, vel fiat clericus, non poterit puniri à iudice sacerduli, si voluisset ante delictum, ut singulariter tenet Bald. in l. 1. C. an seru. ex suo facto. & hoc sequitur Ias. in l. cum quidam, colum. penult. ff. de iuri- sfd. omn. iud. vbi subdit, quod posset per illam deci- sionem quis in practica liberari à pena mortis. Et ratio est per prædicta, quia standum est suo iura- mento.

mento; an votum emiserit ante commissum delictum; quia eius iuramento in eo debet stari, sicut in aliis, quæ pendent ab animo, voluntate & conscientia nostra, & idem, quod in dependentibus ab animo, stetur iuramento afferentis, voluit Thom. Gramma. in consil. 66. num. 67. & idem dixit Corn. in consil. 250. num. 7. volum. 5. & in consil. 272. num. 19. volum. 1. & Socin iunior in consil. 79. num. 26. 27. volum. 3. & Socin senior in consil. 28. num. 31. volum. 1. vbi de matrimonio loquitur. & Philippus Franc. in c. vt circa. §. alioquin, n. 23. 3. de electio. lib. 6. & Imola in c. presentium, num. 2. extra de testibus, & in c. mulieris, num. 2. extra de iure iurant. per ea quæ habentur in c. super eo. extra de eo, qui cognosc. consang. & Ioh. Maria. Ruminald. in consilio 164. num. 9. & 10. volum. 1. & in consil. 372. num. 24. volum. 2.

Limitatur hæc conclusio, vbi daretur materia delinquendi, ut inquit Roland. à Valle in consil. 35. num. 9. volum. 1. Et ideo inquit non esse standum iuramento creditoris, quod fuisset empturus fundum, ex quo perceperisset sex pro centenario, & sic lucrum cessans. Nam licet quando sumus in eo, qui non est solitus negociari, si tamen certum sit quod esset empturus fundum, ei debeatur interesse lucri, celsantis, per ea quæ dixit Castr. in l. diuortio. Id tamen procedit, ut inquit Roland. à Valle, quando probaretur vere, & non præsumptive, creditorem fundum omnino empturum fuisse, ex quo tot pro centenario perceperisset, & ideo dicit, quod in hoc casu non statutum iuramento creditoris iurantis, quod erat tale prædium empturus, quia daretur materia delinquendi creditori per indirectum extorquenti viaturas; Nam semper possit dicere, quod fuisset empturus prædium, & ideo ut occasio delinquendi eviteretur, eius iuramento non statutum, l. convertere. ff. de pact. dota. & l. si unus. §. illud ff. de pact. & Ias. in d. l. cunctos populos, col. II. vers. limita quod etiam. C. de sum. trim. & fide cathol. & Aymon Crauet. in consil. 89. col. fin.

Secundo limitatur, nisi iurans laboraret infamia, quia tunc ut expurgatores secum habeat, necesse est, ut voluerit gl. in c. significasti, que ita intelligi debet, ut dixit ibi Hostien. & Panor. & tenuit Archidia in c. quia presulatus. 1. q. C. qui allegat notata in c. extuarum, extra de purgatio. cano. Et idem voluit Bar. in l. inter omnes. §. recte.... qui dicit, illud cōmune dictum procedere, nisi esset aliqua præsumptio, contra iudicem, ad quod facit illud, quod habetur in cap. 1. extra de præsumpt. & in d. c. pastoralis per Doct. & Paul. Leaza. in clem. constitutionem, de elect. & in c. nouit, extra eodem tit. & in c. præsumitur, de reg. iur. in sexto. quibus in locis dicitur, quod vbi est aliquis præsumptio cōtra afferentem, non habet locum gl. d. c. significasti, neque similiū glosarum, & tradit ibi plenius Anania, & in clemen. 1. in fi. de pœn.

Prædictis addendum est, quod licet in iis quæ ab animo pendent, stetur iuramento ipsius afferentis, ut ultra relatos voluit Angel. de Vbald. senior in consil. 22. num. 72. in 1. volum. cons. feud. divers. per tex. in l. Marcellus ff. rer. amota. & in l. si seruus, Cod. de his, qui ad eccles. confug. Attamen, ut supra diximus, si contrarium probetur, contraria probationi statutum. l. fin. §. in computatione, iuncta gl. C. de iure delib. iuncta l. Fulcinius. §. quid sit latitare, iuncta gl. ff. quibus ex caus. in possess. eat. & l. antepenul. ff. quibus ex caus. mai. fact. & l. apud Celsum, in princ. ff. de dol. exceptio. Idem quoq; de fama dicunt Dd. nam si ex dispositione fortasse ali-

cuius statuti pro plena fortasse probatione habeatur, & ideo ei simpliciter in eo casu standum videatur. attamen contraria fama probata vel facti veritate, ei stari non solet, ut late notant Doct. sequuntur Bart. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quest. Idem quoq; videmus, ut refert idem Ang. ibidem, num. 24. si fortasse quispiam aliquem fugitiuum iuret ad hoc ut capiatur stari namque eius iuramento debet. & tamen si contrarium probetur, ipsius iuramenti vis tollitur, ut notatur in l. fina. C. de feris. Pariter etiam videmus statutum in materia discussionis disponere, ut nunciorum relationi stetur. Eo tamen statuto non obstante contrarium probari potest, ut late probat Iacob. de Arena in tract. de discussio. Pariter etiam statur renunciationi nuncii publici & iurati, ut habetur in c. cum parati, extra de appell. in gl. & tradunt innot. Bart. & Ioh. Andr. in c. quoniam contra falsam, extra de probatio. Prædicti tamen nuncii relationi standum non est, si probetur eius relationem falsam esse: imo in eo casu præterquam quod eius relationi standum non est, potest etiam de falsitate puniri, id quod in eo speciale est, cum sit causa capitalis, l. ne diu. Cod. de pœnis. Vbicunque ergo lex, vel statutum disponit, ut alicui probationi stetur, id nisi contrarium probetur, intelligendum est.

C A P. L V I I I .

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M .

I Ignorantia si non sit verosimilis, non statutum iuramento afferentis.

L Imitatur prædicta conclusio, † quod de ignorantia stetur iuramento afferentis ignorante, si ignorantia sit verosimilis: Nam si verosimilis non sit, iuramento afferentis non statutum, ut inquit Tiraquel. in l. si vñquam, in ipsa prefatione, num. 39. C. de rescindens. venditio. & est tex. in c. vi circa, vers. alioquin, vbi tradit etiam Anch. colum. 2. vers. item nota, in vers. super. & ibidem etiam Gemin. in vers. super huiusmodi, in secundo nota. de electio. lib. 6. & in c. nulli, & ibi Archid. in c. 1. & ipse Petr. Anton. in vlt. notab. eod. tit. & lib. Cui simile est illud, quod post Archid. in c. 1. extra de dolo & contuma. lib. 6. voluerunt Domini de Rota in decis. 303. nota quod vbi aliquis, in antiquis, videlicet quod licet credatur iuramento illius, qui dicit impeditum fuisse, id tamen verum esse & procedere, si adsit verosimilis præsumptio pro ipso iurante. Et id comprobatur etiam iis, quæ notat Innoc. in c. quia propter, in gl. magna, in fi. in vers. item dicimus, extra de sent. excommunic. Et adhæret illud, quod scribit Bald. in fina. C. de eden. dum vult, ut ille qui dicit instrumentum esse armatum, dictum suum probet proprio iuramento, si sit honesta persona, & verosimilitudina deducat, utputa quod eius domus si combusta. Nechuc dicto longe abest, quod nunquam deferatur iuramentum probationis, cum id quod quis vult probare, non est verosimile, ut inquit gl. in l. 1. vers. non sit. C. qui & aduers. quos & voluit etiam Bald. ibidem, dicens eam notabilem. & Roman. in consil. sa. visit. & percunctatis. col. penul. vers. item procedit dicta regula. & Alexan. in consil. 71. claris me domine, col. fin. vers. item respondeo, vol. 3. & Ias. in l. admonendi. car. 27. vers. Decimanona causa. & iterum car. sequens. vers. quadragesimus causa, ff. de iure iurant. & in l. si extraneus, in 4. notab.

ff. de conditic. ob caus. & id dicit esse singulare. Præterea ibidem addit Tiraquell. illud, quod voluit Imo. in d. c. quia verosimile, per illum tex. ut scilicet admittenda non sit probatio rei non verisimilis, & sequitur Petr. de Anch. in cons. 257. si predicta sententia, col. fina. Vbi addit iudicem fidem adhibere non debere non verosimilibus. & dixit alibi idem Petrus in consil. 230. visi facti narratione, copiis. col. 4. contra id, quod est verosimile quem facile non audiri.

Præterea dixit etiam idem Tiraquel. in eadem l.
firuquam, in prefatione, num. 50. C. de reuotan. donatio.
quod si statutum disponat, vt iuramento datum
passi credatur, vel alterius & eorum assertioni, in-
telligendum est si verosimilia asserat vel proponan-
tia ratio quin ei credendum non esse, nec statuto lo-
cum esse, vt respondit satis eleganter Alex. in cons.
47. in causa & lite vertente inter filios, col. 2 vers. Tertia
causa est, vol. 6. per text. in d. lob carmen. §. si. ff. de testib.
& in c. præterea, extra eo. & hac de re inquit Tiraq. in suis
consuetudinib. latius differuisse; in tit. 21. §. 1. in gl. 8.

LIX.

ARGUMENTVM.

Iuramentum ignorantie cuius efficacie sit, & an in contrariis admittatur probatio.

S Y M M A R I A

- Iuramento statut, quando de ignorantia tractatur, & eam probat.
 - Ignorantia licet iuramento probetur, admittit tamen probationem in contrarium.
 - Gabellam si non soluat forensis quispiam, vel adueniatur transundo per aliquem locum, rerum vel mercium suarum, iuuatur, si iuret nesciuisse ibi esse solvendam gabellam, & tale iuramentum plene probat ignorantiam suam.
 - Canonem si non soluerit heres alicuius per biennium, non cadit a iure suo, si ignoret talem rem hereditariam, emphyteuticam esse, & talis ignorantia iuramento probatur.
 - Ignorantia per iuramentum probatio est magni effectus quo ad hoc, ut Dominus recipiens canonem ab emphyteuta caducitatem remittere videatur, & quando id verum sit.
 - Scientia sicut ignorantia iuramento probatur.

Decimus nonus casus est, † ubi tractatur de ignorantia, propterea quod cōcludenter iumento probatur & ei standum est, & id ea ratione quod ab animo proueniat, ut est tex. in d.c. nulli, in f. de electio. in 6. & in c. cum in tua, extra qui matri. accusa. possunt, & in c. si vero, il seconde, extra de sent. excommunicati. & in c. proposuisti. 28. distinct. & in c. innotuit, extra de electio. & hoc tenuit Oldrad. in cons. 286. in electio- nis, & c. circa medium & Petr. de Anch. in cons. 158. Ratio- nes, qua superius, in f. & in cons. 173. Dominus Lazarus. & Bart. Capoll. in cons. 24. visa accusatione, col. antepe- nult. & Rot. a in decif. 236. extra Rotam, in vobis, sub tit. de dolo & contuma. & Roman. in cons. 481. praesentis du- bitationis articulis, in f. & Abbas in d.c. innotuit, in f. ex- tra de electio. & in c. 2. col. f. eodem rit. & Franc. Aret. in c. 1. col. 3. in f. extra de accusa. & Bal. in cons. 448. proponi- tur, in f. vol. 2. & Ioan. Bapt. de sancto Seuerino in l. cun- dus populi, col. 87. vers. 1. super addit. quod quando. C. de

summa Trin. & fide cath. & Decius in conf. 160. in causa,
col. fina. idem volunt Alba. in conf. 9. n. 36. & n. 48. Non
tamen probatur error iuramento, ut tradit Abbas
in cap. fi. extra de confessis, sed aliis probationibus
probari debet etiam in facto proprio aliis circum-
stantiis ut ibi per eum, col. fi. post Bar. in l. non fate-
tur, col. 4. ff. de confessis.

Licer † autem ignorantia vel scientia iutamen-
to probentur, contraria tamen probatio admitti-
tur verum ad rem propositam redeundo, Ias. in l. 1.
§. 1. ff. si ex noxali agat. & in l. admonendi, col. 3. ff. de iu-
reiur. & Floria. in l. verius ff. de probatio. inquit Abb. in
conf. 35. voluisse, † vt si quis aduenia vel (vt dicant) 3
forēsis per aliquem locum transiens gabellam non
soluatterum vel mercium suarum, & ob id in com-
missum inciderit, satis ei est, si iuret nesciuisse, ibi
gabellam vllam vel datuum soluendum fuisse & hu-
ijsmodi iuramento plene eius ignorantiam proba-
ti, ita vt res suę vel merces in commissum vel preiu-
diciū vllum non incident: Ad quod dixit etiam
Petr. de Anch. in d. conf. 173. Dominus Lazarus, quod
si haeres alicuius Canonem † non soluat per bien-
nium, non cadet à iure suo, si ignoret illam rem he-
reditariam, emphyteuticam esse, vt in eo casu illius
ignorantiam iuramento probari, dubium non est,
id quod voluit etiam Spec. in tit. de loca. in §. nunc ali-
qua, in vers. Decimo octavo. & Bar. in l. cum filius, in §. in
bac. ff. de verb. obl. & Bal. in l. fi. C. si aduers. vendit. & Dy-
nus in c. cum quis, de reg. iur. in 6. & gl. in l. 2. vbi tradunt
etiam Dd. C. de iure emphyteu. Et Ludou. Rom. in conf.
166. viso & diligenter, in fi. vbi eosdem referendo in-
quit, emphyteutam qui cecidit à iure suo ob cano-
nem non solutum, ob id quod ignorabat rem vel
bona esse emphyteutica, in integrum restituēdum
esse, † & addit probationem ignorantiae iuramen-
to fieri posse magni præterea effectus quo ad aliud
iutamentum hoc: Nam si Dominus canonem ab
emphyteuta, postquam cecidit à iure suo, recipiat,
ei caducitatem remittere videtur, & cū reintegrale
Dd. autem in l. 2. C. de iure emphyt. id tunc verum
esse arbitrantur, si sciuerit emphyteutam, à quo ca-
nonē receperit, à iure suo cecidisse: at secus, si id igno-
rauerit: quandoquidem tunc ignorando caducita-
tem, canonem recipiendo, sibi non præiudicat, ve
dixit Cynus in d. l. 2. q. 4. C. de iure emphyteut. & Imola
cum referens in l. Macius. §. duobus. ff. de leg. 2. Hanc ta-
men ignorantiam probabit Dominus suo iuramen-
to, vt supra vidimus & probauimus: nam cum igno-
rantia afferentis iuramento probetur, pariter & in
hoc casu iuramentum magni effectus esse dicēdum
est. Illud tamen hoc loco adnotandum est, quod in
casu in quo ignorantia iuramento probari potest,
potest etiam aduersarius cōtrarium legitimis pro-
bationibus ostendere ac probare, vt dixit Bart. in l.
si cui, §. in idem. ff. de accus. quem refert & sequitur Felin.
in c. quosdam, in fi. extra de presumpcio. Quemadmo-
dum igitur ignorantia iuramento probatur, vt ul-
tra prædictos voluit Ang. in l. Titius, §. Lucius Titius,
ff. de libe. & posth. Ita & scientia † iuramento proba-
tur, vt est etiam de hoc text. in c. praesentium, extra de
testib. & in c. pastoralis, extra de exceptio. & voluit Alex.
in conf. 118. in causa & lite, colum. 4. volum. 2. & Felin. in
c. significasti, il. 1. extra de homicid. & in c. 1. col. penult.
extra de presumpcio. & in c. quosdam, eod. rit. & in c. in-
quisitionis. §. que suisti, col. pen. extra de accusatio. & in
c. 2. col. 6. extra de constitut. vbi predicta limitat pluribus
modis.

modis, & de his etiam tradit iterum Felin. in c. in nostra, colum. 5. in si extra de rescript.

Præterea ultra prædicta, quod ignorantia iuramento afferentis probetur, tradit Menoch. in tract. de arbitrio iudic. lib. 2. centur. 2. casu. 186. num. 3. per ea quæ voluit gl. in c. qui diuinis, & humanis. 12. quest. 2. & voluit Abbas in c. cognoscentes, num. 9. vbi etiam Decius in prima lectura. n. 8. de confit. & Felin. Beroius, & Manta. num. 55 & Roman. in d. consil. 54. col. 7. vers. contrarium puto verius. & Ias. in l. 3. §. iurari, num. 13 ff. de iure iurant & Ioan. Anchar. Regiens. in quest. 63. num. 3. qui e. ratione mouentur, quod cum ignorantia in mente hominis versetur, & cōsistat, & ideo ab alio probari non possit, solo afferentis iuramento probetur, vt dixit gl. in d. §. alia. Inſtit. de actio. & in c. significati. il. ex iura de homic. vbi habetur, in his quæ ab animo nostro pendent, nostro iuramento standum esse, prout late comprobarunt Socin. in tract. fallen. in regula 72 & Ias. in d. § sed iste, num. 9. Inſtit. de actio. & in l. admonendi, num. 256. ff. de iure iurant. & in consil. 84. num. 7. volum. 1. & Ruin. in consil. 1. num. 4. & in consil. 13. num. 4. volum. 1. & Paris. in consil. 20. num. 65. volum. 1. & plura refert Tiraquell. in tractat. de retract. in tit. de retract. consil. ang. §. 4. gl. oſ. 1. num. 5. & Crauet. in consil. 2. num. 3. Diciturque hæc probatio legitima, cum à iure recipiatur, prout inquit etiam Dec. in d. c. cognoscente. n. m. 18.

Limitatur autem hæc conclusio ultra prædicta, vt inquit Menoch. eodem in loco, num. 7. versic. secundo arbitrari, quando alleganti ignorantiam aliqua iuris præsumptio aduerlatur, vt inquit Dec. in d. c. cognoscentes num. 18. versic. similiter arbitrari, post Fel. ibidem. & Gem. in c. eos qui. extra de tempo. ordinatio. & ita respondit Alexan. in consil. 71. vol. 1. & Anchar. in d. quest. 63. num. 3. & iterum Menochius in tract. de recuper. poss. ff. remed. 16. num. 36. Vbi idem quoque dicit de probatio. ignoran. illius, qui afferit ignorasse sui ante. efforis vitiōsam possessionem. Nam eam ignorantiam in tali iuramento probare non potest, quando publice non um est, illum suum antecessorem vitiōse possedisse. Est enim magna scientię præsumptio, cum quid publice notum est. Facit præterea ad rem nostram, illud quod dixit Decius eodem in loco, & ibidem Felin. num. 17. qui post Bald. & Rotam probabilem non esse scriptum reliquit. Nec est verisimilis eorum ignorantia, quæ publice nota sunt. Et multo magis habebit locum hæc limitatio, si præsumptio sit iuris, & de iure, vt dixit Felin. in d. cap. cognoscentes, num. 13. & Roman. in consil. 48. num. 10. Vbi idem quoque esse ait, si adsit vehemens suspicio. & multo magis id dicendum est, quando ab aduersario scientia probatur, vt ait Felin. in d. c. cognoscentes, num. 20. qui multis confirmat contra hoc iuramentum probationem.

Secundo limitatur, vt inquit ibidem Menoch. num. 19. quando de tertii præiudicio agitur: nam in eo casu ignorantia iuramento aſſueratis non probatur, vt inquit Felin. in d. c. cognoscentes, num. 14. extra de confit. vbi voluit etiam Decius, prope, finem versic. similiter si agatur autoritate Paul. & Geminiani in d. c. eos, extra de tempo. ordin. per tex. in c. ex insinuatione, extra de probatio.

Hæc autem limitatio sublimitatur in duobus casibus. Primum, cum iuramentum alia præsumptione iuratur. Secundo, cum præiudicium est leue, vt voluit Abbas in capit. quodam, in fin. extra de

præsumptio. & latius explicat Beroius in d. c. cognoscentes, in fi.

Tertio limitatur hæc conclusio, quod ignorantia probetur iuramento, quando statutum prohibet ignorantiam allegari posse, propterea quod huiusmodi statuta recipiuntur & vim suam obtinent, vt inquit Bart. in l. Diuus, in princ. ff. de falsi. & Bald. in l. 1. ff. de legib. & Abbas in c. ad falsariorum, extra de crim. falsi, quos retulit Fel. in d. c. cognoscentes, num. 15. extra de confit. & Ioan. Crot. in l. omnes populi, nū. 124. ff. de iust. & iu. qui & alia plura recensent, & Gomes. in cap. 2. in princ. num. 55. de confit. in b.

Verum Ioan. de Anania in d. c. ad falsariorum, intelligit illam doctrinam de iniusta & crassa, non de iusta & probabili, propterea quod illa à statuto non censeretur sublata, nec auferri posse videtur, prout ipsi senserunt, & tradit etiā Bald. in l. vnicā, in princ. num. 11. C. de caducis tollen. & Salyet. in l. itanobis pudor, C. de adult. Nam summa id æquitate niti dixit Crot. in l. omnes populi, num. 124. & hanc declarationem probat etiam Menoch. eodem loco, num. 11. Nec aduersatur ratio illa Felini in d. cap. cognoscentes, num. 15. dum aduersus prædictos inquit, quod si talis declaratio vera esset, statutum nihil operaretur: nam ita respondentum non est, vt voluerint omnes Dd. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infecto. & Abbas iu. cap. pastoralis, extra de appellat. & Decius in consil. 156. colum. penult. & in consil. 466. num. 1. Quod procedit, etiam si agatur de graui præiudicio tertii, vt in d. cap. pastoralis, sentit Abbas & tradit Gozad. in consil. 5. num. 7. Huic namque rationi respondet multipliciter ipse Crottus in loco prædicto, & si Felin. non referat. & primo dictum statutum potius vt nihil operetur, intelligendum esse, quam vt iniquitatem contineat, vt inquit Bal. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. At maxima iniquitas esset, si iuste ignorantis puniretur, argument. l. si quis in suo. §. legis. Cod. de in offic. testamen. Nec obstat tex. in c. pastoralis, quia respondet Crottus, nullam ibi adfuisse iniquitatem, cum illa appellationis reticatio ita prædelle potuerit aduersario, sicut ipsi impenetranti, cum dubius sit litis eventus, l. quod debetur. ff. de pecul. Secundo inquit Crottus, statuta potius vt nihil operentur interpretanda esse, quam quod indebita quis pena afficiatur. l. vltim. §. in compensationi. C. de iure deliber. quam ibi Bartol. Bald. & caterio omnes notant, & plura scribunt Socin. iun. in consil. 1. numero 13. volum. 1. & Crauet. in consil. 221. num. 5. & in consil. 247. colum. fin. Sed sic est quod indebita & iuste ignorantis vexaretur. Ergo talis interpretatio accipienda non est.

Quarto limitatur dicta conclusio, quando agitur non solum de probatione ipsius ignorantie, sed etiam de probanda iustitia ipsius ignorantie, vt inquit Felin. in d. cap. cognoscentes, num. 16. per ea, que dicit Bald. in l. 1. num. 2. in fin. C. ad Maced. Et est text. in d. cap. pastoralis, extra de exceptio, vtputa si allego ignorantiam ex causa absentiae: nam tunc ipsam absentiam legitimis probationib. probare tenetur, non autem solo iuramento, vt voluit in primis Cynus in d. l. 1. C. ad Macedonia. Et est ratio, quia actus isti ignorantiam iustificantes, non consistunt in animo allegantis ignorantiam, vt post

Cardin. in consil. 4. & in consil. 36.

sensit Felin. in d. c. cognosc.

entes. n. 19.

C A P. L X.

A R G U M E N T U M.

De iuramento amissi, aut nouiter
reperti instrumenti.

S U M M A R I A.

- 1 *Iuramento statutum circa amissionem instrumentorum.*
- 2 *Iuranti instrumenta de novo reperisse, seu recenter probationes recepisse standum est, ubi his similia multa. & num. 3.*
- 4 *Animus attenditur in his etiam, que ex se delictum denotant.*
- 5 *Iuranti actori, quando stetur.*
- 6 *Iuramentum an legitimam probationem contineat.*
- 7 *Probationis ubi mentio sit de plena & vera intelligitur.*
- 8 *Probationes legitimas statuto requirent, iuramentum suppletium non admittitur.*
- 9 *Nepoti ex spurio iuramento donari posse.*
- 10 *Iuramentum species probationis est, non autem probatio limitatur pluribus modis. num. 15.*
- 11 *Iuramentum, qualem vim habeat.*
- 12 *Probatio mixta vnius testis cum iuramento ad formam adimplendam requisitam, an sufficiat.*
- 13 *Iuramentum ad probandam rei furto subtracta estimationem, an sufficiat statuto furti poenam impunente iuxta rei subtracta estimationem.*
- 14 *Iuramenti vi testamentum, an probari possit, quod minori testium numero consecutum sit.*

Vigesimus casus est, ut ibi tractatur de instrumentorum amissione, stetur iuramento amittentis. ita dixerunt Bar. & alii in l. emancipatione, C. de fide instrum. & voluit Floria. in l. in lege Aquilia, si deletum. col. 4. ad legem Aquiliam, & habetur in l. sicut, ubi Bart. C. de fide instrum. & est tex. in l. fin. eod. tit. & habetur in c. cum olim, il 1. & ibi tradunt Dd. extra de priuili. & in auth. si quis in aliquo, C. de edendo. & voluit Bart. in l. huiusmodi, §. si ita. ff. de leg. 1. & in l. si quis. §. an vero, ff. eod. & Bal. in sua Margarit. in verbo, amissio. & Spec. in tit. de instrum. edit. §. restat, in vers. illud quoque. & rursus ibidem in §. postquam vero. eod. tit. & Joan. de Imo. in cons. 4. visa copia. colum. 1. & videns Abbat. in cons. 42. ex multis allegatis, & c. col. 1.

Hæc tamen conclusio, quod amissio instrumentorum iuramento probetur, pluribus modis limitatur. Et primo, ut tunc tantum procedat & locum habeat, cum de modico prejudicio agitur, ut inquit Alexan. in l. huiusmodi. §. si ita, in ff. de lega. 1. ubi diecit ita voluisse Bartol. ibi, & subdit ad hoc optime facere. l. thesaurus. ff. ad exhib. & id. expresse notat, ut ipse refert, Bal. in l. ff. C. de eden. & in l. dissolute. G. de cōdict. ex lege.

Secundo limitatur hæc conclusio, quod amissio instrumentorum probetur iuramento in illis casibus in quibus ille qui amisit, non tenetur ad exhibendum officio iudicis instrumenta illa, quæ amissa sunt: nam præcedens conclusio tunc tantummodo locum habet, cum ille qui amisit, officio iudicis exhibere tenetur, ut inquit Alex. in d. l. admonendi. §. si ita. ff. de iure iur. ubi inquit ita loqui text. in l. fina. C. de fide instru. & ita voluisse Cynum in d. l. ff. C. de fide instru. & ibi etiam voluisse Bald. qui ibi nonnulla ad hoc refert. In aliis autem casibus amissionem instrumentorum legitimis probationibus probandam esse, dubium non est, prout de ammissione cuiuslibet al-

terius rei satis notum est, ut inquit Alex. in d. §. si ita, in ff. per tex. in l. si quis ex argentariis. 5. penul. & fina. & ibidem tradit Bar. ff. de edendo, & alios quam plures refert Alex. ut ibidem latius per eum.

Tertio limitatur præcedens conclusio, ut amissio instrumentorum non probetur iuramento in notorio confessio instrumentum confecisse, sed illud amississe. Nam in eo casu nec illi, nec eius iuramento credendum est, ut dixit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de instrum. edit. §. instrumentum, colum. 1. in additione incipiente, ut dicebat Odofredus, in ff. id quod tenet etiam satis expresse Feder. de Sen. in cons. 113. Titius constituit, &c. in ff. An autem in hoc casu per testes illud quod in instrumentis omissis continetur, probari possit, tradit Hippol. Matf. in loco supra adducto. Pariter etiam videmus, ut quod si dicatur instrumenta de receti reperisse, ut eis relevare possit stari iurantis iuramento, ut dixit Bar. in l. admonendi, in princ. ff. de iure iur. Vel si quispiam dixerit recente probationes recepisse, eius iuramento standum esse, ut inquit Spec. in tit. de excep. in §. nunc dicendum, vers. formaliter ibi, exigo iuramentū de malitia, &c. Vel si dixerit protestatum fuisse, vel denunciasse aduersario suo: nam tunc si protestationē, vel denunciationem probare non possum, eius iuramento probatur, ut dixit Bart. in l. si quis vel pecunias, C. de lib. & posth. Itidem & amissio instrumenti iuramento probatur, si fortasse quispiam illud amississe iurauerit. l. fina. C. de fide instrum. & notat iterum Spec. in tit. de instrum. edit. §. postquam. vers. illud quog, notandum. Præterea statur etiam iuramento executoris testamenti, iurantis omnibus pauperibus distribuisse, iuxta voluntatem testatoris, ut iterum voluit Bar. in l. si quis pro redempione. C. de donat. Præterea quod quis usus fuerit iure seruitutis aliquo itinere, probatur iuramento: & ratio est, quia illa quæ in conscientia consistunt, solo iuramento probari possunt, ut notatur in c. presentium, extra de tempo, or. & in c. 4. in gl. soli, extra de sent. excommunicat. Et de hoc tradit Ioan. Ferrar. quod si quis turbet aliquem in sua possessione, ac etiam quod non fecit animo turbādi, sed ius suum consequendi, non tenetur interdicto uti possidetis. Et idem esse inquit Ferrarius in tit. de forma. libel. super turbata possessione, in glos. super vers. animo & intentione turbandi, ut ex quo apparet, q. etiam in his, quæ ex se delictum denotant, attenditur animus, ut scilicet si adsit animus delinquendi, pœna subsequi non debeat, ut habetur in l. si putator, & in l. si putatur, ff. ad legem Aquiliam, cum similib. Nam iniuria sine animo iurandi non committitur. l. sed & si quādocunque, in ff. ad legem Aquiliam, & l. illud. ff. de iniur. & l. sancimus. Cod. de panis, & probatur huiusmodi iuramenti animus ex declaratione illius. Videmus etiam morte purgationem per iuramentū illius fieri consueisse, qui purgationem fieri petit, ut habetur in c. quoties. extra de purgat. cano. Ut statur præterea etiam iuramento actoris, si actionem iniuriarum intentauit, si alias coniectur. si ipsius iniurię probare non possit, ut voluit Cyn. in d. l. si non conuicii. num. 14. C. de iniur. Videmus etiam, quod si quis alium percusserrit ita, ut ex ea percussione decesserit, de homicidio non tenetur, si occidendi animum non habuerit: qui quidem animus iuramento purgationis probatur, ut inquit glos. in vers. non habuerit animum. l. 2. C. ad leg. Cornel. descar. Et ratio est, quia iuramentum quamlibet malam præsumptionem remouet cum

cum nemo præsumatur suæ salutis immemor, l. fin. C. ad legem Iuliam repetun. cum similib. Et ideo inductum est, vt in actione iniuriarum reo iuramentum deferatur, l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iuri. Itidem dilatoria exceptiones iuramento illius probantur, qui non prius sciuisse iurauerit, vt voluit Rota in decisi. 5. 02. no. exceptiones, in antiquis. & decisi. 30. fuit dubitatum, in fin. in nouis.

¶ Præterea tūtamentum legitimam probationem continere, voluit Cassa. super const. Burgundie, rub. 1. in text. ibi suffissament preuenede. vers. & aduerte, col. 311. per text. & in gl. in c. statutum. §. cum vero, versic. proprium iuramentum. de rescrip. lib. 6. Et est etiam melior tex. in c. 2. extra de prob. vbi inquit tex. ita demum ad huiusmodi necessarium iuramentum recurrendum esse, si aliae legitime probationes deficiant. Nam ponderando dictionem, aliae, quæ similia repetit, vt ait gl. in l. si fugitiui, cum similib. C. de seruis fugit. & dicit etiam esse tex. in l. 2. §. licentiam, C. de iure delibe. Et ideo, inquit ibidem Cassaneus, si statutum legitimam probationem requirat, iuramentum non sufficere, prout dixit etiam gl. in § quadrupli, in vers. dubitatur, In sit. de actio. Et idem quoque esse censet, si fortasse dicatur probationem luce clariorem esse oportere, vt dixit Bal. in l. fina. circa prin. per illum tex. in ver. luce clarius, C. si minor se maio. dixe. Et idē quoq; dicendum censet, si dicatur probationem perspicuum esse debere, secundum Bal. in l. in bonafide, in princ. col. fi. vers. 2. inspicitur natura causarum. C. de reb. cred. Et etiam si requiratur plena probatio, vt ait gl. & est etiam tex. in c. cupientes, §. modo si per 20. ver. plenam fidem, de elect. lib. 6. Idem quoque dicendum est, si dicatur, si dilucide pertatur: Nam idē est, ac si perspicue dictum sit, vt inquiunt Dd. in d. l. 3. C. si minor se maio. dix. dum inquiunt, quod si requiratur dilucida probatio, non sufficit si sit vnius testis, etiam q; accedat iuramentum, vt dixit Bal. in l. fin. C. de secund. nupt. prout etiam ad probandam ingratitudinem vnicus testis cū iuramento non sufficit. Et ratio est, quia tex. dicit, liquidis probationibus probandum esse. Et ideo idem Bald. in l. vnic. oppo. 3. C. de his, que pœnam. inquit idē esse, si indubitate probatio requiratur. Pariter etiam idem dicendum est, si aper- tissima probatio requiratur, vt dixit glo. in l. fi. in gl. magna, in vers. suspicioni, in princ. ff. quod met. cau. Imo in terminis valde urgentiorib. dixit Ias. in d. l. admonendi, col. 96. quod vbiunque lex, vel statutum simpliciter probationem repudiat, etiam absque eo q; dicetur plena, vel legitima, vel perspicua, vel liquida, aut hoc genus, probationē solo iuramento sub-

7 fultā non subsistere. Mouetur autem ex eo, tū quod vbiunque lex simpliciter de probatione mentionem facit, de plena intelligendum est, vt videtur text. in cle. constitutionem, cum glo. in ver. fides, extra de elect. & Bal. in l. peremptorias, col. fi. C. sen. ref. non poss. Et facit tex. in l. Lucius. ff. de cond. & dem. cuius tex. autoritate inquit ibi Bar. appellatione probationis, de vera, & alibi, scil. in l. ait prætor. §. si index. ff. de re iud. intelligendum esse, & ideo in dubio de legitima intelligi debere. & iterum Ias. in l. eum qui, in fi. ff. de iureiur. & in l. qui accusare, in fi. C. de eden. & in l. 1. §. nunciatio, col. 3. ff. de ope. no. nunc. & Fel. in rub. extra de prob. col. 2. Sed sic est, quod iuramentum non est vera & perfecta probatio, sed impropria, l. non erit. §. dato. ver. quasi, ff. de iureiur. quem tex. ad hoc ibidem notat Alex. post Lud. Rom. & Salyc. in rub. de iureiur. & est melior tex. in l. sed

& si possessori, §. si. perinde haberri, ac si probatum fuisset, ff. de iureiur. & notat gl. in c. si quis. ver. absoluendum, in tit. si de inuest. inter dom. & vasal. lis oria. in v. feud. Et ibidem per illum tex. notat Bal. illum probationem potius relevationem ab onere probadi, quam probationem esse dici debere. & in c. 1. §. sacra. in tu. de consue. recti feudi, cum aliis relatis per Ias. in l. ait prætor, la. 1. col. 4. in princ. & in §. iurari, eadem l. col. 3. ff. de iureiur. & in d. l. eum qui, in fi. ff. eo. Vnde st. antibus prædictis, inquit Ias. in d. l. admonendi, col. 116. cum dub. seq. tū quod vbiunque lex, vel statutum requirit aperi- tissimas, vei legitimas probationes, iuramentū suppletium nō admittatur, vt voluit Alex. in conf. 24. col. 1. vol. 1. & in conf. 41. circa finem, eo. vol. & idem tenet Iac. de S. Georgio in l. 1. col. 4. ff. de interro. act. Vbi etiam inquit, propriam probationem eam dici, quæ testibus fit, iuncto iuramento, vt est tex. in c. forus, extra de verb. signific. Probantur præterea merita ipso iuramento, vt voluit Tiraq. in l. si vnguam, ver. donatione largitus, n. 88. C. de reuoc. donat. autho. Bal. in l. sedatio- ne, col. 1. vers. sed quid si pater, & ibi etiam Guido Papa. & Ias. col. pen. ver. istam regulam, C. de colla. per tex. in auth. quod obtinet, C. de probat. Et rursus idem Bal. in l. perpe- tuo, in fi. ff. de cond. ob turp. caus. & Ang. in l. penul. §. mulier, ff. sol. matrim. in conf. 181 fecit testamentum, col. 1. & Alex. in conf. 8. & Guido Papa in tract. de presumpt. col. 6. ver. si pater donet, incipiente, vissis & consideratis, col. si. ver. fortificantur prædicta, col. 2. & in conf. 18. consideratis, col. 2. ver. quanto magis: vol. 2. & Ias. in l. frater a fratre, car. si. versic. limita. tripliciter. dum refert Bal. in loco supra adducto in lectura, ff. de condit. indeb. & iterum in repe- titione, col. pen. & in conf. 73. pro parte negatiua, col. fin. versic. prædicta fortius procedunt, vol. 3. Quibus in locis in- quid ita tenere consueisse. Et vltterius adducit illud, q; alibi voluit Bal. in l. preludit. feudo. in 3. diuisione, quod si prælatus cum capitulo feudum confiteatur, de quo quempiam inuestierit, quod sit antiquum, hu- iusmodi confessioni stādum non esse, nisi iuramen- tum accedat, & hoc dictum singulare esse dixit Ias. in d. l. frater a fratre, cui etiam addendum arbitratur illud, quod scribit Spec. in tit. de suc. ab inte. §. 1. versic. sed nunquid donationem, tū quod quis nepoti ex filio spuriō donare non potest, ea ratione quod ei dona- re affectione qua filium prosequitur videatur, per text. in l. si forte. ff. de Castren pecu. & ex aliis ibidem de- ductis. Et ideo fraudem præsumi arbitratur, l. qui te- stamentum. ff. de prob. nisi donator iuret nepotis illius contemplatione tantummodo donare, per text. in d. authen. quod obtinet, & cum eo transit Ioan. And. in sua additione. Et hanc quoque opinionem sequitur Marc. Anton. Rub. Alexandr. in conf. 145. tenor statuti, in fi. licet autem auus nepoti ex filio spuriō sine iuramento donare posse videatur, potest ta- men hæres institui, vt inquit Didac. Coriaru. in suo Epit. super 4. lib. Decret. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 13. in vers. secunda conclus. & Pinel. in l. 3. C. de bon. mater. num. 20. pag. 191. & Cassa. de constitut. Burgun. in tit. de successio. Des Baſtar. rubric. 8. §. 3. num. 15. colum. 1125. & Cardin. Paleot. de notis spuriisque filiis. cap. 53. num. 10. vers. qua- cunque pag. 71. & est text. in l. fi. C. de natural. liber. Et idem in nepotibus ex naturalibus filiis vel spuriis, voluit Vegius, Pisis legens, non existente legitima sobole, per ea quæ dixit Bar. in conf. 118. Oducius, nu- mero 1. & Alexan. in §. & qui si is, colum. 2. versic. extra glos. in l. Gallus. ff. de lib. & posthum. & Socin. in conf. 71. num. 44. inter conf. Raini, volum. 3. & Imola in eodem §. & quid

& quid si solum penul. vers. ultimo tangit. Vbi Aretin. num. 33. vers. cuius. & Ias. ibidem, num. 19. & num. 21. in d. l. gallus. & Port. in d. consil. 26. versic. aut dubitatur, cuius & Decius in consil. 462. & Cardin. Alexandri in cap. per venerabilem, §. quod autem, num. 94. extra qui filii sunt legit. & Federic. de Senis in consilio 57. super 6. dubio.

Redeundo ad ea, qua supra dicebamus de fide & probatione iuramenti, dicimus, prædictis addendus est Hier. Grat. in consil. 95. num. 7. volum. 2. dum inquit, quod pro regula haberi contra furem, & vim inferentem sufficere iuramentum in probandis rebus ablatis, & amissis, ut notatur in c. fi. extra quod met. caus. & in l. si quando, C. vnde vi. & tradit Bar. in l. ne quid ff. de incend. ruina, & naufrag. & in l. 1. ff. furti aduers. nautas.

¹⁰ Præterea, † quod iuramentum sit species probationis, voluit etiam August. Berous in consil. 82. num. 11. volum. 3. & de hoc inquit loqui Doct. & præsertim recentiores, vbi idem quoque sequitur Decius, ut ipse met Berouius legendu tenuit, ut ipse eodem in loco attestatur, in rub. extra de prob. & Bal. & alii in rub. C. eod. tit. Et ideo stantibus prædictis antimaduertendum est, vt inquit Coene. in l. ait pretor. §. dato, num. 1. ff. de iure iuri. inquit iuramentum decisum non solum vim probationis habere sed etiam conclusionis in causa.

Præterea, quia vidimus supra quod scientia iuramento probatur, omittendum etiam non est, quod Bald. in consil. 434. num. 3. part. 5. idem quoque dicit de ignorantia, & concludit proprio iuramento non minus probari, quam scientiam, ex ratione, quod contrariorum eadem sit disciplina. Et ideo qui scientiam in suum fauorem deducit, eam etiam proprio iuramento probare potest, l. pro herede, ff. de acquir. hered. & tradit Jacob. de Arena ibidem. & facit tex. in c. rr circa. de elect. lib. 6. Idem quoque confirmat Salyc. in l. sed & si possessori, num. 16. ff. de iure iuri. dum inquit, † iuramentum non solum habere vim probationis, sed etiam sententiæ inter easdem personas, & tradit etiam Igneus in d. l. eum qui, in princ. ff. de iure iuri. per tex. in l. generaliter, in princ. & in d. l. in bona fidei, C. de reb. cred. & in l. thesaurus. ff. ad exhib. & notat Bal. in d. c. conuenticulas, de pace tenen. & iuramen. firm. coll. 10.

Omittendum etiam non est, August. Berouium in rub. extra de prob. num. 76. dicere consuetuisse, iuramentum vere & realiter probationem non facere, sed relevare ab onere probandi, quam opinionem communiter inquit sequi Ioan. Andr. & Abb. ibi. & alios quos refert Dec. & principaliter suam conclusionem fundat in l. eum qui. in princ. ff. de iure iuri. vbi tex. vt ipsi inquit, clare loquitur. Inde autem fortasse vim capit hec conclusio, quod iuramentum continet præsumptionem, cuius natura est, ut probationis vis in aduersarium reiciat, vt inquit Paris. in consil. 160. num. 27. & 28. vol. 4. & Hieron. Grat. in consil. 24. num. 5. vol. 2. & Dec. in consil. 595. num. 4. & in consil. 540. num. 11. & in consil. 14. num. 13. etiam quod alias quispiam probare non teneretur, & tursus idem voluit Grat. in consil. 69. num. 23. vol. 2. Prædictæ tamen conclusioni Berouii satis videtur repugnare, quod quando plures præsumptiones concurrunt, plena probatio inducatur, & præsertim in iis quæ sunt difficilis probationis, ut inquit Aymon Crauet. in consil. 73. num. 19. volum. 1. Et quod si duæ simul iun-

gantur, plenam faciant probationem dixit idem Aymon Crauet. in consil. 143. num. 12. eod. volum. 1. Et eo magis si sint multæ, dicendum est: & non solum in materia ciuili, sed etiam criminali locum habet, & iterum in consil. 158. num. 11. & quod sint probations liquidissimæ, tradit iterum Par. s. in consil. 32. n. 45. eod. vol. 1. & id eo magis dicendum est, cum tendunt ad eundem finem, ut inquit Paris. in consil. 29. num. 15. vol. 2. & maxime si sint verosimiles, ut dixit Paris. in consil. 57. num. 35. & quod plures iungantur ad inducendam plenam probationem, tradit Paris. in consil. 57. num. 17. & 18. & seq. & præsertim, quia præsumptionibus standum est, vbi contrarium non probatur, vi dixit Marian. Socin. iun. in consil. 61. num. 5. volum. 3. & præsertim si sint consonæ veritati, ut inquit Socin. senior in consil. 3. num. 6. volum. 2. & quod sit euidentissima probatio, dixit idem in consil. 26. numero 14. eod. volum. 2. & præsertim, quia duæ sumptæ præsumptionem vehementer inducunt, ut dixit Corn. in consil. 23. num. 5. vol. 3. & quod plures simul iunctæ plenam probationem faciant tradit Nicol. Boer. in consil. 40. num. 81.

Præterea omittendum non est illud, de quo querit August. Berouius in eadem rub. extra de probat. num. 23. † an probatio mixta, vnius scilicet testis cum iuramento ad formam adimplendam requisitam sufficiat, exemplum autem ponit huiusmodi. Dubium non est, ad validitatem testamenti septem testibus opus esse, quorum si unus deficiat, testamentum non subsistit, l. si unus. C. de testam. Modo stantibus prædictis ponamus in aliquo testamento vnum testem deficere. Quæritur, an loco testis deficiens, si iuramentum interueniat, testamentum illud substineatur, iuxta terminos cap. fi. extra de iure iuri. & l. admonendi. ff. eod. tit. Et illud quod dicimus de testamento, dicatur etiam de quolibet alio actu, in quo forma ex legis, vel statuti dispositione certus testium numerus adhibendus sit. In hac quæstione, inquit Berous, Bald. in ea rub. quem ibi refert & sequitur Barbatia huiusmodi actus non subsistere. Eius autem sententia ita probatur. Solennitas formalis in actu requisita indiuidua est, l. has consultissima, C. de testam. & l. furiosum, C. qui testament. facere poss. & non solum indiuidua est, sed etiam ad unguem & propriæ, non per æquipollens adimpleri debet. d. l. si unus, & facit in argumento text. & in l. Me- uius, & in l. qui heredi, ff. de cond. & demonstrat. iunctio his, quæ habentur in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum. Nam conditio, quæ tanquam forma & solemnitas adhibetur, vere, proprie, & ad unguem adimplenda est, ut voluit Alex. & sequuntur alii, in l. 1. ff. de lib. & posth. & est text. in l. Julianus, §. si quis rem, ff. ad exhiben. & c. cum dilecta, extra descript. Sed probatio mixta ex diuersis probationis speciebus concepta plenæ probationi æquipollit, non autem est vera & propria probatio, ut communiter concludunt Doct. Ergo, &c. Secundo pro hac opinione facit, quod vbi cuncte iuramento & alicuius dicto in eius fauorem staretur, diceretur testis in causa propria, & tanquam testis numerum testium proprio iuramento suppleret, argumento c. in omni, vbi est casus, extra de testib. Sed in causa proprio nemo testis esse potest, l. nullus. ff. de testib. & l. in omnibus. C. eod. & §. nullus. 4. quæst. 3. Ergo in defectum vnius testis, testamentum comprobantis, vel etiam alterius, admitti non debet.

Contra-

Contrariam vero opinionem tenuerunt nonnulli, quæ ex infra scriptis comprobatur: ex eo primum, quod probatio mixta ex uno teste & iuramento, est propria, plena & perfecta probatio: & ideo videtur, ut ea forma solemnitas quoq; testium adimpleri possit. Nec obstat videtur, quod predictisstantibus videatur testis in causa propria, propter ea quod responderetur, id in iure permitti, vbi cunq; alia semiplena probatio interuenit, vtpūtā vnius testis. d.c.fin. & l.admonēdi. Multo igitur magis idem quando sex testes interuenierunt, dicendum est, & concludēdum, vt vnu tantum sufficiat, & quod in illius testis d.fectu iuramentum probationem perficiat. Nec etiam obuerlati dicēdum videtur, quod tale iuramentum, quod necessarium dicitur, formā supplere non possit, actū uim solemnitatem, quæ vere & proprie non per æquipollens adimpleri potest, vt supra diximus, cum forma sit individua, propterea quod huiusmodi obiectioni responderi potest in hoc casu formā proprie adimpleri, cum talis mixta probatio, vera probatio dicatur, & quod forma testium requisitorum in urgentioribus terminis iuramento necessario impleri possit: id quod ita ostenditur. Pro forma probationis in actibus regularibus saltem duo testes sunt necessarii. d.l. vbi numerus. ff.de testib. & cap.in omni, eod.tit. & c.relatum, & c.cum esset, extra de testam. Nullaque præterea est causa, quæ dicto vnius testis tantum expediri non possit, c.licet vniuersis, vbi est casus, extra de testib. Sed sic est, quod in casu de quo agitur, videtur numerus adesse, cum adsit vnu testis, & iuramento suppletur, d.cap.fin. & d.l.admonendi, cum similib. Ergo idem quoque de forma, & solemnitate dicendum est, vt scilicet forma & solemnitas adimpleretur. Immo, quod à fortiori procedat argumentum, dicendum videtur, authent. multo magis. C.de episc. & cleric. Quandoquidem, quando loco vnius testis, sex vel etiam quinque adsunt, vt conclusio nostra multo magis procedat, omnino dicendum est, vt scilicet septimus testis iuramento suppleatur. Et ideo subdit Beroius eodem in loco, num. 26. versic. hac motu, plurimum contra Bald. in loco supra relato, & Ioan. Andr. repugnare illud quod supra dictum fuit.

Verum prædictis nō obstantibus subdit ibidem Beroius opinionem Bal. & Ioan. Andr. veriorem & magis communem esse: quæ quidē opinio ex pluribus probatur. Et in primis per text. fere in terminis, in c. cum dilectus, extra de succ. ab intest. Vbi habetur, quod quidam presbyter agens in extremis ultimam voluntatem condendo, se & sua omnia monasterio contulisse asserebat: & ad id probandum vnu testis inducebatur. Præterea confessio illius licet extra judicialis sit, cum tamen pluribus in casu nostro probetur: & simus in casu, in quo etiam duo testes sufficiebant, ex quo testamentum fit ad pias causas, iuxta tex. in d.c.relatum, & c. cum esses, extra de testam. licet illis duabus semiplenis probationibus perfecta probatio fieri dicatur, vt per Bald. in d.rub. C.de probat. in princ. Attamen concludit ibidem Beroius, ultimam illam voluntatem non subsistere, nec probari. Et id aliunde (vt ipse ait) non contingit, nisi quia pro forma plures testes requiruntur, vt ibi habetur, & ideo in eo casu vnu testis semiplenam probationem non facit, propterea quod, vt inquit Bald. in rubr. extra de probat. forma individua-

sibilis est, & ideo illius probationis pars dici non potest etiam semiplena, quæ aliam semiplenam supplere possit. Secundo loco eandem opinionem, & conclusionem ex eo confirmat idem August. Beroius hac distinctione. Aut enim dicimus, inquit ipse, iuramento suppletivo ipsius testatoris testium solemnitatem perfici, aut eo tempore suppleri, quo testamentum fecit, & hoc apud eum est impossibile, & ratio est, quia huiusmodi iuramentū suppletivū dicitur necessarium, & à iudice in forma iudicij defertur, & non aliter, d.c.fin. extra de iuriur. & habetur in d.l.admonēdi, eod.tit. & ideo eo tempore, quo sit. Ergo extra judicialiter eo tempore, quo testamentum fit, locum habere non potest. Aut vero intelligimus hoc iuramentum post confectionē testamentū ex interuallo à iudice in forma iudicij ad perficiendum testamentū eiusve solemnitatem deferrī, vel vt possit testari, cū testamēta robūtā morte, & post mortem testatoris suscipiant: & tunc ut testamenta produci possint, c. cum Marthæ. extra de celebrat. missar. versic. Heredi, aut legatario post mortem testatoris agenti, & in iudicio se defendenti. Et tunc in vtroq; casu satis impossibile est, vt huiusmodi necessario iuramento testamentum confirmetur, & forma testium in eo requisita perficiatur, cum illud in confectione testamentorum requiratur, quod vno & eodem contextu & eodem tempore totum & integre perficiatur, & forma ipsa interueniat: Quæ quidem cum individua sit, etiam quod ad tempus ex interuallo etiam, neq; actū extraneo interueniente adhiberi habetur in d.l. si vnu, C.de testam. & d.l. bac consultissima, C.eod.tit. & in l.furiosum, C. qui testam facere possit. Præterea etiam inquit non obstat tex. in d.l. omnium, C.de testa. vbi habetur, quod testamentum factum coram Principe, vel magistratu valet absq; testium numero à iure requisito: & secus esse, inquit Beroius, si extra judicialiter fiat, vt in dicto casu habetur.

Vltimo loco hanc eandem conclusionem ex eo confirmat Beroius, quod si fortasse statutum ultra duos testes pro forma requisitos ita statuendi magna, & vrgens causa adesset, vel saltem adesse presumatur: quandoquidem tunc simpliciter non subsisteret vti contra ius naturale ac diuinum disponens, vt est tex. & ibi notant fere omnes Doct. in cap.sicut, extra de probat. & facit tex. in cap. licet vniuersis, vbi tradit etiam gloss. extra de testib. Sed sic est, quod vbi causa magna & ardua agitur hoc iuramentum necessarium non defertur. d.c.fin. & habetur in d.l.admonēdi. Ergo pariter & in hoc casu ad testium solemnitatem supplendam, quæ ad tollendam falsitatem & eius suspicionem inducta fuit, vt habetur in d.l. bac consultissima, in fine, C. qui testament facere possunt. & ex consequenti in favorem publicæ utilitatis, argumento l.testamentifactio. ff.de testament. deferri non poterit, propterea quod quando aliquid pro forma requiritur, non potest per probationem mixtam, de qua supra, & est gloss. in clemen. constitutionem, in fin. de election. Etsi in aliis casibus secus dicendum fortasse videatur, propterea quod, vt inquit idem Beroius in d. cap.sicut, num. 8. extra de probation. ultra Abbat. adnotandum est ad huiusmodi suffragium, nisi aliae legitimæ probatio[n]es deficiant, recurrendum non est: sed probatio[n]es quæ præsumptionibus sit, & iuramento, seu vnico teste, vel publica fama iuncto iuramento

necessario legitima probatio dicitur, non secus ac illa quæ testibus fit, & instrumentis, ut inquit text. esse in d.c. sicut, qui id optime probat ibi, alia legitima probationes, &c. Dicitio enim alius, & alia, vel aliud, similitudinem denotant, & eandem implicat qualitatem, l.mutus, §.1. cum gloss. ff.de procurat. & dicit Cardin. in clem. 2. de rebus eccles. non alien. habetur in cap. sedes extra de rescript. Vbi clausula illa, & quidam alii, maiora expressis & digniora non comprehendit, sed similia & paria: Et ideo subdit ibidem Beroius Aret. ad materiam statutorum inferre, ut ea scilicet probatio semiplena coniuncta cum iuramento etiam in statutis mentionem simpliciter de probatione facientibus comprehendenderetur; & dicit de hoc esse text. in d.cap.sicut, ac etiam prædictis satis confundi illud, quod dixit Bald. in l. in bona fidei, C.dereb.cred. quod sequitur etiam Alex. in consil. 59. col.3. vol.3. Vbi dixit, quod in conditione de probatione fit mentio, tunc illa conditio huiusmodi probatione non adimpleri, ut supra latius dixit ipse Beroius in rubr. extra de iureiurand. Vbi inquit latissime examinasse, & tandem firmasse illam esse veram & propriam probationem, & ea posse formam substantialem & conditionem impleri, & pro confirmatione ipsius dicti Bald. contra ea quæ ipse in dicta rubr. tenuit, addit quod vbi probatio conditionaliter seu pro forma & substantia requiritur, satis non sit pro implemento conditionis & formæ duabus semiplenis probationibus imperfectis, de quibus supra. Nam licet alias duo implemantia vnum perfectum efficiant, prout in illis terminis contingit, ut est etiam in cap. fin. extra de iureiurand. & notatur in cap. insinuatione. extra de procurat. cum simil. Attamen secus est si simus in individuis, & in iis quæ pro forma requiruntur, cum forma sit individua. l.furiosum. & ibi notat gloss. C.de his, qui testamen. facere possunt. & ita etiam inquit voluisse glossam singularem in cap. quorundam, 23. distinct. Vbi cunque ergo probatio sub conditione pro forma requiritur, talis probatio per duas semiplenas probationes, & sic imperfectas, fieri non potest.

Verum, subdit Augustinus Beroius, substanndo illud quod supra in rubr. extra de probationib. tenuit Aret. in d.cap.sicut, fortasse dici poterit, in individuis & iis quæ pro forma substantiali requiruntur, duo imperfecta vnum perfectum non faciant, quando scilicet illa duo imperfecta sunt diuersi generis, diuersæque substantiæ, prout ad literam, ut dicunt Doct. nostri, probari videtur in l.1. C. qui num. tur. & ita proprie videtur loqui tex. in d. c. quorundam. cum ibi notatis in gloss. Secus vero si sit eiusdem qualitatis, & generis: nam tunc vnum perfectum in individuis faciant, & substantialibus, ut optime probari videtur in d.l.1. præterquam quod ad hoc etiam adduci potest tex. in d.c.nibil. 7. quest.1. Vbi habetur, sacerdotem diuinum officium, quod vulgo mis- sam appellat, licet aliis eam antea inchoauerit expleturum. Hæc namque sunt duo imperfecta eiusdem substantiæ, generis atq; speciei. At probatio, quæ oritur ex duabus semiplenis probationibus, ut notatur in §. sape, 4. quest.3. & l.3. ff.de testib. & cap.fin. extra de iureiurand. cum similib. fieri dicitur ex duabus imperfectis eiusdem generis & substantiæ, propterea quod iuramentum, species est probationis, sicut testis, & pariter fama publica, ut est de-

hoc text. & ibidem notatur in l.3. ff.eodem. & dicto §. sape, cum d. §. prescriptione, 16. quest.3. Ergo ex huiusmodi probationibus imperfectis una probatio induci potest, in casu tamen in quo conditionaliter, & pro forma requiratur.

Subdit tamen limitari tex. in d.c.sicut, & supra dictum est, si simus in causa criminali: Nam in tali casu huiusmodi probatio non sufficeret, ut est gloss. notabilis in cap. veniens, il.1. extra de testib. & notat etiam gloss. in d.c.fin.extra de iureiur. & in d.l.admonendi, ff.eod.tit. & in cap.ex insinuatione, extra de probat. & in d.l.in bona fidei, C.dereb.cred. quas omnino in hoc videri oportet, & præsertim gloss. in cap. cum sit, de reg. iur. in 6. Et idem quoque inquit procedere in causa matrimoniali, ut est gloss. in c.mulieri, extra de iureiur. quæ communiter ab omnibus recepta est, ut dixit Ang. in consil. 148. col.2. vol.2. Quibus addenda est gloss. in l.3. in princ. in verb. agatur ff.de iureiuran. Subdit præterea idem Beroius eodem in loco omittendum non esse contrarias prædictis repugnantes extare gloss. quæ etiam communiter recipiuntur, in l.1. C. desicar. Præterea etiam inquit contra illud, quod dicit glos. in d.c. mulieri, cum aliis ibid. m deductu & cum aliis videtur gloss. in c.si duo, 31.q.6. & in c.2.33.q.1. quæ quidem dicunt, quod ad separandum matrimonium ob frigiditatem solam formam sufficere cum ipso coniugum iuramento: & ad probandum prædicta optime facere, inquit text. in c.laudabilem, extra de frig. & malefic. & in d.cap.2. in casibus quorum iuramentum partis ad separandum matrimonium frigiditatis causa & septem testes de credulitate deponentes sufficiunt, qui quidem semiplenam tantum probationem faciunt argumento eorum quæ notantur in cap. quoties, & in cap. ex literis, extra de testib. & volvi etiam Bart. in l.3.q.5. ff.eod. Accedit etiam, quod ultra septem testes de credulitate deponentes iuramentum quoque defertur, & ideo dicit quod ibidem septem testes plenam & legitimam probationem non faciunt: & ideo ex prædictis maxima inter has glos. communiter receptas contrarietas & repugnantia appetit. Et ideo idem Beroius in d.c.sicut, num. 21. dubitans de prædictis, querit, quid tenendum sit: & pro solutione subdit cogitandum, an fortasse ita dici possit: Aut tractatur de condemnando aliquem in causa criminali, & tunc regulariter talis probatio non admittatur per vnum testem, iuncto iuramento, & ex consequenti per duas semiplenas probationes, & ita loquitur text. in d.c. veniens, cum aliis ibidem adductu, iuncta l.fin.C.de probat. Aut vero tractatur de absoluendo, vel saltem alleuando aliquem in causa criminali: & tunc ut satis præsumptionibus probetur, dicendum videtur, iuncto tamen ipsius partis iuramento, utputa per famam publicam, vel unicum testem. Ratio autem diuersitatis illa esse potest, quod iura sunt ad absoluendum & liberandum multo promptiora, quam ad condemnandum, cap. ex literis, extra de probat. & l.arrianus, ff.de action. & obligat. cap.fin.extra de re iudic. Nam sanctius est in dubio nocentem absoluere, quam innocentem condemnare, l.absentem, ff.de paenit. & est etiam text. in cap. cum sunt, dereg.iur.lib.6. Vbi gloss. notabiliter dicit, quod licet, quādo actor semiplene probauit iuramentum in defectum semiplenæ probationis deferri soleat, d.cap.fin.attamen in causa criminali non deferri, sed reum absoluendum esse, & si nihil

Hil præ se præsiterit; & sic iusta causa recusandi iuramentum in causa criminali est, quādo actor plene non probat: si vero plene probet, est reus condemnatus: & ideo in causa criminali nunquam iuramentum deferendum est. Id quod dixit valde notandum ad declarationem eorum, quæ dixit Abbas in fin. notabili, de quo supra latius dixi. Quatenus vero ad matrimonii causas pertinet, glossa concordando iura prædicta ita distinguit: Aut enim, inquit ipse, agitur de matrimonio contrahendo, aut vero de quempiam ad matrimonium obligando, ut quia fortasse matrimonium cōtractum fuisset, inter Titium & Bertam, & Titius id negat: Nam tunc probatio per duas semiplenas probationes non admittitur, & ita vere loquatur gl. in d. c. mulieri, & d. l. 3. in princ. Ratio autem est, quia tunc dici solet de causa magna, ardua & præjudiciali agi & tractari, hoc est, de quasi statu hominis, & de quasi seruitute, ut dixit glossa, ibi: Nam matrimonium seruituris imago est: Aut vero agitur de liberando aliquem à nexu & vinculo matrimonii, & sic ab illa quasi seruitute, iusta & legitima de causa, utputa ob viri frigiditatem, & tunc volunt talem probationem admitti, & legitimam esse, etiam quod semiplenis probationibus simul iunctis fiat: & ita procedat text. in d. cap. laudabilem, & in d. cap. 2. & tradit glossa in d. cap. si duo, & in d. cap. 2. ver. 7. Iura namque libertati magis fauent, quam seruituti, cap. fin. extra de re iudic. & est glossa in d. cap. cum sunt. dereg. iur. lib. 6. in l. antepenult. ff. de manu. cum similib. ibidem deductus, ut de his tradit Roman. in singul. 632. & est de hoc glossa notabilis in d. cap. præterea, extra detestibus. ex qua prædicta conciliatio & distinctio colligitur: Confessio, tamen coniugum & rumor vicinæ non sufficiunt, propterea quod non sunt de iis quæ sufficiunt, ut habetur in cap. super eo, extra de eo. qui cogn. consang. vxor. ut tradit Domin. a sancto Geminiano in d. cap. quorundam.

Omittendum etiam non est illud, quod ad hoc propositum tradit Bart. in l. fin. num. 45. ff. de in lit. iur. ran. dum querit, t̄ si statutum furti p̄cnam imponeat, & deprædationis, iuxta estimationem rei subtræctæ, an sit de furto & deprædatione criminaliter agatur, huiusmodi iuramentum sufficiat ad probandum estimationem rei furto vel deprædatione subtræcta? & inquit sufficere respondendum videri, per text. in l. cum furti, ff. de in item iur. Verum prædicto text. non obstante, contrarium verius arbitratur; & ratio est, quia in criminalibus probationes requiruntur luce meridiana clariores; sed h̄c iuramento, quæ in locum seu defectum probationis deferuntur, in criminalibus locum non habent, ut ipse inquit teruisse in l. 3. in princ. ff. de iure iur. & in l. maritus. ff. de quest. Ergo fatetur tamen huiusmodi iuramentum, quod plenam probationem inducit in civilibus faciat fortasse indicium sufficiens in criminalibus ac torturam. Et ideo Ioan. And. in l. 1. defor. comp. lib. 6. in nouell. & Bald. in l. 1. C. de reb. cred. & in l. prescritione. C. si contra ius, vel vii. publicam, dixerint quod si statuto fortasse caueatur, quod de iniuria illata quibusdam stetur iuramento offensi, huiusmodi statutum, propterea quod est contra ius commune, l. omnib. C. de testam. tantummodo locum habere quo ad principale negotium, nō autem quo ad iudicis intentionem fundandam illius iudicis, coram quo forensis

aliquis accusatur: utputa quod ibi tantum sottiatur commissi delicti ratione. Et ideo cum l. si quando, loquiatur quando ciuiliter iudicium intentatur, ad alium casum extendi non debet, cum illa dispossicio exorbitans sit. Illud tamen hac in re animaduertendum est, Ang. & Rom. contra Bart. opinionem tenere, ut refert Alexan. in addit. aū Bart. Præterea Riminald. in l. cum qui, num. 2. & 4. ff. de iure iurando. in hac materia inquit notandum, iuramentum proprie non censeri probationem, sed retenctionem potius ab onere probandi, ut ibi habetur, in versic. probādi necessitate, & est etiam tex. in l. sed & si posse orri, §. fin. ff. de iure iurando, & voluit gl. quam ibi notat Bald. in cap. si quis, in tit. de inuestig. inter domin. & vasall. l. oriat. & in cap. 1. extra de consuetud. recti feudi. sed relevare ab onere probandi, ut habetur in cap. 1. extra de confess. Vbi habetur illud, quod probari non potest, fateri posse: Merito negativa non coactata loco & tempore, quæ quidem probari non potest, l. Pantonius. ff. de acquiren. bared. posse tamen confessione fateri, d. cap. Subdit tamen id non esse sine non levioritate, propterea quod inquit Imola in d. rub. extra de probat. & Bald. in auth. sed novo iure. C. si cert. pet. quod si statutum terminum adsignet ad probandum, elapsi tamen eo termino posse confessione vel iuramento probari, propterea quod relevare dicuntur ab onere probādi. Nam statutum stricte intelligenti potest, l. 3. §. hac verba. ff. de negot. gest. Præterea quatenus pertinet ad testamentum, t̄ quod scilicet ¹⁴ vi iuramenti si sit minori testium numero confectū, probari non possit, tradit Ruin. in confi. 9. nu. 12. vol. 3. Vbi etiam pariter verū non esse arbitratur, quod minori testium numero confectū sit, quam de iure vel statutorum dispositione requiratur, ut videtur inferri ex iis, quæ notat Imol. in d. c. cū contingat, in 6. memb. propterea quod contrarium probatur ex notatis à Bart. in l. si quis pro eo, in 7. memb. dum vult, quod vbi actus ex defectu solemnitatis probatoria nō valet, non confirmetur, neq; conualidetur iuramento, ob id quod si illa solemnitas fauore publico inducatur, cui nec pacto renunciari potest, nec iuramento, ius publicum ff. de pact. & l. nemo potest ff. de leg. 1. Ad illud tamen animaduertendum esse ait, quod iuramentum super aliquo actu interpositum efficit, ut actus omni meliori modo valeat, d. l. cum pater. §. filius matrem, de quo supra loquuti sumus. Et ideo si ex defectu numeri testium testamentum non subsistatur, si in eo apponatur iuramentum, subsister saltem in vii codicillorū, & ideo expresse præsupponit Bart. quem alii omnes sequuntur testamentū etiam iuramento confirmatum, minori testiū numero probari & confirmari non posse, & eandem opinionem sequitur etiam Buti, in d. c. cum contingat, in 7. memb. Et id non solum de testamento disponendum est, sed etiam de contractu, in quo maioriter testium numero ex vi statutorum opus esset, propterea quod etiam si iuramento confirmetur, tam contractus quam testamentū minori testium numero accidente etiam iuramento probari non poterunt, ut dixit Abb. in d. c. cum contingat, col. pen. Vbi vult quod si ex forma statuti instrumentum non probet, nisi de eo duo notarii rogati sint; & contractus sit iuramento confirmatus, de eo tamen unus tantum notarius rogatus sit, ex eo instrumento contractum non probari, nec iuramentum,

Nec inquit distinguendum esse, an statutum fauorem publicum respiciat vel priuatum, propterea quod in utroque casu idem dicendum esse videatur, ex quo iuramentum eo modo non probatur, & idem quoque inquit tenere Abb. in illa sua disputatione incipiente, statuto Senensi, &c. in ult. cart. Plane si Imola opinio vera esset, sequeretur, ut statutum velius commune maiorem testimoniis numerum requirens ad actualem inducendum facile esset elusorium, videlicet per delationem & praestationem iuramenti contra ea que notantur in c. quamquam de usur. lib. 6. & in c. ciuitas, de sent. excom. lib. 6. Rationi autem Imola respondendo inquit, quod quatenus vult quod sicut iuramentum potest duobus testib. probari: pariter etiam dicatur permisla probatio contractus, cum ille contractus in consequentiam non veniat ad iuramentum, vt ipse presupponit: immo econtra iuramentum in consequentiam contractus, l. nō dubium. C. delegib. Et ideo sicut contractus duabus testibus probari nō potest, pariter etiam idem de iuramento dicendum sit, cum accessorio ad contractum veniat, vt notat Bal. in l. i. vers. Quero, virum iuramentum. C. de inoffic. donat. Vbi vult, vt sublati principali, iuramentum quoque tollatur, cum veniat vt accessorium, vt adnotat gloss. in l. si patronus, §. fin. ff. de his, que in fraud. patron. vt ibidem latius prosequitur Ruin. Et ideo dixit Hippol. Marsil. in consil. 33. num. 5. vol. 1. de iure communi iuramentum probationem non dici, vt voluit gloss. in l. cum indebito. ff. de probat. & iterum gloss. in cap. at si cleric. §. si vero, extra de iudic. & in cap. ad abolendam, extra de heret. & rursus gloss. in l. contra negantem. C. ad legem Aquiliam. & in §. quadrupli, in verb. duplicatur, Instit. de action. vt voluerunt text. & glossæ aliae quam plures, quas deduxit Hippolyt. in rubr. extra de probat. col. 26. & ideo inquit, quod vbi in aliquo casu probatio necessaria est, & exigitur, nunquam de probatione quæ consistit in voluntate partis intelligendum esse, & de iuramento in specie tradit text. notabilis in dicta l. Lucius Titius, ff. de condit. & demonstration. quem text. ad hoc pro valde notabili adducit Bald. in l. hæc sententias, circa finem. C. de sentent. qua sine certa quantitate. & Ludouicus Roman. in rubric. colum. 5. versic. & vnum scias. ff. de arbitr. & Barbatia in cap. si consenserit, in fin. colum. 3. extra de accusation. & Natta in clementin. sape. §. non sic, col. 29. de verbis signific. & Ias. in l. si quando. num. 9. & 10. C. unde vi. inquit inde inferre Saly. cet. probari ex tex. iuncta glos. primo iuramentum liquidam probationem non esse: & ideo vbi cunq; à lege vel statuto in aliquo casu liquidam probatio requiritur, iuramento probare satis non esse. An autem iuramentum sit liquidam probatio, etiam quod non sit liquidam, & ideo non veniat appellatione legitimæ probationis, inquit de hoc extare gloss. singularem quæ notat dici non posse, per text. in dicta l. cum de indebito, in princ. in gloss parua, in versic. legitimis ff. de probat. & gloss. in dicto §. quadrupli, in verb. duplicatur, Instit. de action. & gl. in cap. statutum, §. cum vero, in vers. per proprium iuramentum, de rescript. lib. 6. & est optimus tex. in l. fin. §. licentia, il secundo, vbi inquit Ias. dixisse, C. de iure deliber. & est etiam text. in cap. 2. extra de probat. & inquit in specie ponere Fedeic. Roman in d. l. admonendi ff. de iureiuran. Vbi ipse contrarium tenet, & male, vt inquit Ias. dixisse in d. §. licentia, il secundo, vbi etiam inquit Ias. tractasse. C. de iure deliber. & est text. in cap. 2. extra de probat. & inquit ponere in

specie Roman. in d. l. admonendi ff. de iureiuran. & subdit Ias. ibidem, num. 10. Quæ nam autem dicantur legitimæ probationes, tradit gloss. in l. proprietatis, in versic. legitimæ, C. de probation. Et ideo subdit concludere iuramentum, nec legitimam, nec liquidam probationem esse: Quinimo nec probatio speciem, sed reulationem quandam ab onere probandi, vt dixit gloss. in rubric. extra de iureiuran. & iterum gloss. in cap. si quis, in versic. absoluendum, in tit. si de iuramento inter dominum & vasallum lis oriat. & ibi Bald. notat. & late tradit Bald. in cap. 1. §. conuenticulam, in tit. de pace iurament. firman. & rursus Bald. in rubric. C. si certum petat. & in l. actor, C. de probation. & alibi sape, quod iuramentum proprie probatio non sit, est text. in l. si erit, §. dato. ibi, quare, & c. ff. de iureiuran. & id notant ibidem Salyct. & Ludouicus Roman. & Bald. in rubric. ff. de iureiuran. & est optimus de hoc text. in dicta l. sed si possessori, §. fin. ibi, perinde haberi ac si probatum esset. ff. de iureiuran. & facit etiam text. notabilis in cap. forus, circa medium, extra de verborum significacionib. Vbi notat etiam Paulus Castrens. inquiens ibidein de hoc esse ext. & probari eam dici propriam probationem, quæ testibus sit, vel instrumentis: eam autem, quæ iuramento sit, proprie probationem non esse. Hanc eandem conclusionem, videlicet quod iuramentum sit legitima probatio, firmat iterum Ias. in d. l. sancimus. §. licentia, C. de iure deliberan. ex iis, que notantur ibi, iuncto, text. ibi, vel per sacramentum. licet contrarium voluerit gloss. in dicta l. cum de indebito, in princ. in versic. legitimis ff. de probation. & alia gloss. in dicto §. quadrupli, in verbo, duplicatur, Instit. de action. & in dicto cap. at si clerici, in princ. in verbo, legitima probatione, extra de iudic. & inquit ad hoc facere glossam magnam in l. proprietatis, in verbo, legitimis, C. de probationib. dum declamat, quæ nam legitimæ probationes dicantur; & de hac mentionem non facit. In contrarium tamen inquit esse tex. in d. §. licentia, & in cap. 2. vbi notat Aret. in 2. notab. extra de probation. & alia gloss. in cap. statutum, §. cum vero, in versic. proprium iuramentum, de rescript. lib. 6. & Lud. in d. l. admonendi, ff. de iureiuran. Hanc tamen secundam & ultimam opinionem tenere satis difficile arbitratur, & ideo infert iuramentum proprie probationem non esse, sed reulationem quandam ab onere probandi, d. l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran. & statibus predictis subdit. Si ergo iuramentum non est species probationis, vtiq; multo minus legitima probatio dici poterit, dicit de hoc esse cogitandum. Et rursus idem Ias. in l. cum qui. num. 3. ff. de iureiuran. pariter inquit notandum ex eo verlic. in verbo, exonerare, secundum Baldum in dicta l. cum qui, iuramentum proprie probationem non esse. sed quandam, vt diximus, reulationem ab onere probandi, & idem etiam tenet Ias. in l. prætor ait, la 1. §. iurari, num. 7. ff. de iureiur. per illam dictiōnem, quasi, quæ impropriate in dicitur, vt dixit glo. in l. si cum domet. §. fin. ff. sol. matr. & glos. in l. dedi, in princ. ff. de cond. ob caus. & ita ponderat Bald. illū tex. in rub. de iureiur. & facit optimus text. in d. l. sed si possessori. §. fin. & in l. perinde habet i. ac si probatum. ff. de iureiuran. & est text. in cap. forus, circa medium, vbi etiam ponderat Panormit. extra de verb. significat. per text. in d. l. cum qui. ff. de iureiur. Subdit tamen large & improprie iuramentum probationem dici posse, vt est gloss. notabilis in d. c. si quis. verb. absoluendus. quam ibi notat Bald. in titulo si de inuest.

inuest. inter dom. & vasall. lus oriat. Præterea quod iuramentum propriæ probatio non dicatur, est quædam additio Baldi in cap. bone, col. 2. extra de election. & in cap. 1. §. sacramentum, in tit. de consuetud. recti feedi. & in rubric. C. de probat. col. 3. & in l. actor, C. eodem tit. & latius in dicto cap. 1. §. conuenticulum, in tit. de pace iuram firm. dum late disputat quæstionem de mercatorib. Verum ob hanc Doctorum varietatem inquit Ias. cauendum esse, & refert fautores utriusq; opinionis. Vnde limitant Ang. Rom. & Alex. in d. §. iurari, quod si via cuiuslibet probationi præclusa sit, iuramentum deferri non potest, per tex. in l. contractib. §. ille. vbi Bald. C. de non numer. pecun. & Specul. & Ioan. Andr. in tit. de position. §. 4. versic. sed quid si aliqua, in tit. de dilapidat. §. fin. versic. item quia si datus sit terminus, & Bald. in c. fin. col. 9. extra de iure iur. & Paul. Caſſens. in l. fin. ff. de feriis. Verum cauendum esse subdit ibidem Ias. prædictos Doctores, qui dictum suum fundant in eo §. non recte illum tex. intelligere videri, propterea quod ibi verum non erat, viam probationibus præclusam fuisse, cum posset, elapsus etiam biennio debitor opponere exceptionem non numeratae pecuniae assumendo onus probationis, vt voluit gloss. in l. in contractib. in princ. C. de non num. pec. Et ideo inquit veriorem intellectum ad illum §. illo. esse, quod post lapsum biennium creditor suam intentionem fundatam habet: & id eo iuramentum iure recusare potest. vt est text. in d. 6. 2. extra de probat. & ita dixit Bart. in d. §. illo, in vera lectura, quæ communiter nō habetur, & ad d. §. illo, addit etiam Bart. in l. manifeſte. Subdit tamen Ias. animaduertendum esse, an ad illum tex. dici possit illum §. duos casus ponere, unum scilicet quando exceptio non numeratae pecuniae opponi non potest. Alius vero, si possit opponi, sed elapsum est tempus ad opponendum, in primo casu probat opinionem Angeli & recentiorum, in secundo not.

15 Hæc autem conclusio, + quod iuramentum probatio non sit, limitatur pluribus modis, & primo eam limitat Ias. in l. 2. num. 31. ff. sol. matr. Vbi periculum est in mora, & dubitatur ne interim debitor aufugiat, propterea quod regula est, vt ibi mora periculum afferre potest, à regulis recedamus, vt habetur in l. de pupillo, §. si quis riuos, vbi tradit. Bart. & alii notant. ff. de oper. noui nunciat. & in l. fin. ff. de feriis, & cap. fin. vbi gloss. extra de pœnitent. & remiss. Et ideo quando est periculum fugæ, suspicio iuramento probari potest, & alias nō fatis esset, vt dixit Innoc. in cap. quoniam frequenter, in prin. in verbo, summatim, extra de lit. contest. videlicet capto deinde debitore debet debitibus coniecturis suspicionem probare, alioquin relaxandus esset.

Secundum limitatur, vt inquit Ias. in l. huiusmodi, §. fita. num. 11. ff. de legat. 1. vbi tradit etiam Bart. quando tractatur de modico præiudicio debitoris, cui consulitur per liberatoriam actionem: Nam in iis, quæ sunt modici præiudicii, probatio per solum iuramentum admittitur, l. thesaurus, cum similib. ff. ad exhiben. & tradit Bald. in l. dissoluta, ante fin. C. de condic. ex lege. vbi inquit esse tex. notabilem disponentem, quod si creditor instrumentum non habet, iuret non habere, & instrumentum quietationis facit, & idem tenet Bald. in l. fin. in fin. C. de eden. dum vult, quodammodo instrumenti iuramento probatur, si sit persona honesta & verosimilia deducat, vt quia domus fuerit illi combusta,

& huiusmodi iuramentum ei prodesse, & nemini nocere; his namque concurrentibus probatur amissio instrumenti per iuramentum, d. l. thesaurus, cum aliis supra à las. deducitis.

Tertio limitatur, quando quis ad exhibendum instrumentum tenetur tantummodo officio iudicis, vt est tex. in d. l. fin. C. de fide instrum. vbi tradit etiam Cyn. in 2. opposit. & Bald. in d. l. fin. Alioquin probanda est amissio instrumenti per legitimas probations, prout etiam est amissio cuiuslibet alterius rei, l. si quis ex argentariis. §. penulis. & fin. vbi etiam tradit Bart. & alii latius, ff. de edendo. Vbi dixit etiam Ias. & alibi tradit Alex. in d. §. si ita.

Quarto loco limitatur per ea, quæ dixit Riminald. senior in confil. 240. num. 11. vol. 2. dum loquens de donatione inquit, illam conclusionē procedere, quando donatio de qua ibi facta est ob præcedentia benemerita, quo casu sine dubio talis donatio, prout ex causa aduentitia non confertur, vt voluit gl. & sequuntur Doct. in l. si donatione, iuncta l. fin. C. de coll. & Bart. in l. 1. §. nec caſſense, ff. de collat. bon. Nec prædictis obstare arbitratur, quod merita non conferantur, nec probentur per verba in eadem donatione prolata, propterea quod ex quo interuenit iuramentum ipsius donationis, qui iuravit omnia & singula in ea donatione contenta, vera esse, eo iuramento benemerita probantur, vt inquit Bald. eleganter in d. l. si donatione, argumēto auth. quod obtinet, C. de probat. & optime facit illud, quod notant Bart. & Iml. in d. c. cum contingat, extra de iure iur. Quādoquidem licet alias per iuramentū appositū in contrāetu simulatio non tollatur, l. 3. C. plus valere quod agitur, vt ibidem tradit gl. quam sequitur Bald. Attamen si fortasse iuramentum interueniat continens omnia & singula in instrumēto contenta vera esse, & nullo modo contrafacere, tunc iuramentum excludit iurantem à simulationis exceptione. vt ibidem ipſe latius prosequitur.

Quinto limitatur vbi cunque à lege vel statuto liquida probatio requiratur, quandoquidem in eo casu probatio per iuramentum non sufficit, vt tradit Ioan. Baptist. Plot. in l. si quando, per illum tex. iuncta gloss. ibidem, in versic. patefacta, id est, liquido probata. & tradit Decius in rubr. extra de probat. col. 14. versic. secundo limitatur.

Sexto limitatur hæc conclusio, vt dixit Ias. in d. l. si quando, C. vnde vi. vbi cunq; in illis casibus in quibus iuramentum appellazione legitimæ probations non continetur, vt dixit gl. vt habetur in d. l. cum de indebito, ver. legitimis, ff. de probat. & tradit gl. in d. §. quadruplici, in verbo, duplicatur. Inſtit. de acti. vbi tradit etiam Ias. num. 40. in ver. in fin. gloss. in l. fin. §. licentia, vbi Ias. num. 2. in fin. C. de iure deliber.

Septimo limitatur, retenta communi opinione, nam ea stante, vt inquit Plotus in d. l. si quando, C. vnde vi, iuramentum propriæ probatio non dicitur, & per iuramentum quis probare non dicitur, sed relevati ab onere probandi, prout est communis opinio, vt inquit Gomesius in §. item si quis postulante, num. 4. in l. notab. in fin. Inſtit. de action. & Hippolyt. Marſil. in rubr. C. de probation. col. 26. Et hanc opinionem inquit esse magis communem Marſil. eo in loco, & tradit Francisc. de Accolt. Aret. in capitulo secundo, in 12. notabil. extra de probationib. & hanc esse communem opinionem, dixit Decius in rubr. extra de probation. colum. 11. num. 19. versic. nunc aliud ad aliud du-

bium. & Alexand. in l. licet Imperator, col. 1. ff. de legat. i. per text. in dicta l. non erit. §. dato. ibi, quasi probatum. & ibi eam sequuntur Salyct. Roman. & recentiores. ff. de iure iurant. & in cap. 1. §. si quis, extra de mensorib. in fin. & in l. cum qui. ff. de iure iurant. & Capic. in decis. 91. in causa. in fin.

Octavo limitatur praedicta conclusio in omnibus illis casibus, in quibus de iure communii vel statutorum dispositione iuramentum pro plena probatione habetur, propterea quod in illis casibus probationis appellatione iuramentum quoq; continetur: & ideo si statutum velit & diponat, ut iuramento credatur illius, qui damnum passus est: vtq; statutum illud de probatione loquens damni dati, vel de damno probato locum habet contra damnum dantem in ipsa damni probatione, quæ iuramento sit, ut dixit Decius in d. rub. extra de probat. col. 13. in fin. versic. ex his bene insertur, in fin. ibi, & ideo similiter. & Aret. in d. cap. 2. Ratio autem est, quia hæc videtur interpretatio passiva, quæ sane in omnibus legibus & statutis locum habet. l. i. §. lex Falcid. ff. ad l. Falcid. & Decius in d. col. 13. Secus autem, quando esset contra Principem vel universitatem, vel aliū qui pro alterius delicto teneretur: quandoquidem in eo casu iuramentum pro probatione non habetur: & ideo si fortasse Princeps promiserit mercatoribus soluere omnem summanum, quæ deprædata reperietur, in eo casu summa iuramento probari non posset, ut inquit Decius in d. rub. extra de probat. col. 14. versic. prædicta conclusio vera est, in fin. & Bald. in cap. 1. §. conuenticulas, col. 11. versic. sed pone, quod dominus, in tit. de pace firmans.

Nono limitatur in illis casibus, in quibus iuramentum pro plena probatione haberetur, propterea quod probatio secundum subiectam materiam accipitur: & ideo si accidat, ut in materia de qua agitur, iuramentum pro plena probatione sufficiat, tunc pro probatione sufficit iuramentum, alias nequam, ut dixit Decius in dicta rubr. extra de probat. col. 13. versic. ex his. & Bald. in l. peremptorias, col. fin. versic. & adde. C. sentent. rescind. non posse. & Bart. in tract. ad reprimend. in versic. summarie, colum fin. & Bald. in dicta l. admonendi, col. penult. versic. quid autem si testator. ff. de iure iurant. & in l. id quod pauperibus, col. 4. versic. vndecimo quaro. C. de episcop. & cleric. Et ideo si testator mandat satisfieri omnibus probantibus esse creditores, satis esse si id probauerit quis per unum testem & iuramentum delatum a iudice in illis casibus, in quibus alioquin iuramentum in supplementum deferri solet, ut inquit Decius in dicta colum. 13. in fin. & Bald. in dicto versic. quid autem. & si in dubio probationis appellatione, de plena intelligatur, prout appellatione scripturæ, de publica intelligitur, ut inquit Afflict. in decis. 270. Deinde in alia, col. 2. num. 3.

Decimo limitatur in casibus, in quibus probationes que necessario concludunt, per testes vel instrumenta fieri possunt, prout videtur regulariter permitti: Nam in eo casu non solù probatio viuis testis cum iuramento probat, sed etiam limitatur alia conclusio, de qua tradit Plotus in d. l. si quando, num. 59. C. vnde vi. dum coiunctim cum aliis concludit, quod vbi per modum conditionis probatio a lege, statuto vel homine requiritur, utputa si quis plam probauerit: nam licet in eo casu probatio appellatione iuramentum non comprehendenda-

tur, nec iurari possit, propterea quod illa conditio probationis pro forma substantiali adiecta esse videatur graui & necessaria, ita ut iuramentum in supplementum probationis deferri non possit, sed talis probatio perfecte impleri debeat, & præsertim cum per illam conditionem forma data dicatur, ut inquit Cotta in lib. memorialium, versic. lex, quæ loquitur conditionaliter. & præsertim, quia in eo casu non sufficiunt præsumptiones a iure approbatæ, quæ alias idoneæ reputantur & legitimæ; & ratio est, quia vbi per modum conditionis probatio vera nominatur, concludens probatio non requiritur, & ideo iuramentum & præsumpta probatio nullo modo admittuntur. l. Lucius. vbi Dynus & Bart. per illum text. ff. de condit. & demonstrat. & tradit Bart. in l. ait Prætor. §. si iudex, in fin. ff. aere iudic. & Bald. in l. Lex sententia, in fin. versic. quero, de qua. C. de sentent. quæ sine certa quantitate. & in cap. quod ad consultationem, col. 3. de re iudic. & tradit Roman. in rubr. de arbitr. col. 7. & Bald. in l. in bona fidei, col. 6. versic. expedita est vndecima pars. vbi tradit etiam Salyct. col. penult. versic. quero tertio. C. de reb. credit. & Alexand. in l. licet Imperator, & Ias. in d. l. admonendi, col. 23. nu. 112. in fin. versic. ultimo, quando. ff. de iure iurant. vbi sequuntur aliæ recentiores. & est communis opinio, ut dixit Decius in prædicta rubr. extra de probat. col. 14. versic. tertio si fit mentio, & col. 16. versic. retenta prædicta. & versic. primo nisi. in fin. Vbi habetur, quod quæ suis hæc sit communis opinio, cum conditions in fortia specifica impleri debeat, nec sufficiant æquipollens. l. qui baredi, in princ. & in l. Maximi. ff. de condit. & demonstr. Attamen, ut supra dicebamus, licet dicatur illa conclusio non procedere in casibus, in quibus probationes quæ necessario concludant per testes vel instrumenta fieri possunt, prout regulariter accidit: quandoquidem tunc probatio prolata per modum conditionis non verificatur in iuramento, nec in iuriis præsumptionibus: attamen quando sumus in casibus, in quibus veræ & concludentes probationes haberemus non possunt: utputa si dictum fuerit, si tibi constiterit, vel probaueris, Titium filium Sempronii fuisse, vel si probetur Berram adulterium commississe, & tunc probationes sufficient, quæ a præsumptionibus deueniunt: & ideo limitatur supradicta communis opinio, ut voluit Decius in d. rubr. de probat. col. 17. versic. si tamen per text. in cap. Michael. & in cap. ex tua. extra de filii presbyter. vbi tradit gloss. & Doct. in cap. landabilem, extra de frigid. & malefic. & in l. . C. de satisfactione. & in l. si tutor. C. de peric. tutor. & ita etiam hanc conclusionem limitat Felin. in d. rubr. extra de probat. col. 2. num. 3. versic. sed aduerte, quia ista. & versic. sed aduerte, quia pro. & sequitur Cotta in d. versic. lex. vbi refert Felin.

Probare etiam iuramentum in duello tenuit Iulius Ferretus in suo tract. de duello, num. 18. & fidem quoque præstatam sufficere ait; an vero iuramentum diebus feriatis in duello præstari possit, infra latius tractabitur.

C A P. LXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Absentia adiutorii iuramento ipsum probatur.

V Ndecimus casus est, † cum tractatur de absentia adiutorii, ut dixit Hippol. Marsili. in d. rub. de proba-